

horatur, & affectus temperari probatur. Inde laudat Davidis fide, quod cum videret, se post promissam veniam, adhuc punitum, non diceret, se a Propheta esse deceptum, nec adversus Deum murmuraverit, quasi falsam peccatorum ejus indulgentiam pronuntiaverit, subdit: Intellegat enim vir alte sanctus... quantum peccatorum aeternarum ejus essent digna peccata pro quibus cum temporalibus emendationibus ureret, videbat ergo se & manere veniam, & non negligi medicinam.

XXV. Ad tertium dico, Christum superabundanter satisfecisse: sed per modum cause universalis, & pro omnibus satisfecit, quod non tollit necessitatem satisfactionum particularium. Causa enim universalis non destruit causas particularium, sed in omnes influat, & dat efficaciam ad determinatos effectus: alius ex quo Christus satisfecit, superflua essent omnia nostra opera, & orationes, nihilque de nostra salute deberemus esse solliciti. Dicendum ergo cum D. Thom. in 2. di. 27. q. 1. a. 6. ad 2. Quod meritum Christi est sicut radii omnium meritorum, a quo unumquodque efficaciam trahit: unde est quodammodo causa causa universalis, quam oportet ad effectus determinatos applicari per causas particulares, sicut sunt sacramenta, & orationes Ecclesie: & inde est, quod non tantum Christus oravit, sed & Sanctus ejus, quorum meritis, & precibus auxilium ejus percipimus. Ex quo ergo Christus superabundanter satisfecit, quod nemo nisi virtute ejus, & efficaciam suam satisfactionis satisfecere possit.

XXVI. Ad quartum similiter dico, satisfactionem Christi fuisse infiniti valoris, per modum cause universalis, & sufficientis: requirit tamen: ut per particulares satisfactiones cuique applicetur, ad hoc, ut efficaciam sit: hoc enim est Christo compati, juxta illud Apostoli Rom. 8. v. 17. Cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Si ergo non obstante quod Christus passus sit pro nobis debemus & nos cum eo pati, ut cum eo glorificemur: cur est ipse pro omnibus passione sua satisfecerit, non debemus passionibus nostris cum eo, & per eum satisfecere?

XXVII. Ad quintum dico. Si injuriam facimus Christo, dum ultra ejus satisfactionem, addimus & nostras, quasi sua

satisfactio non foret sufficiens: cur ipso docente quotidie Deo dicimus: Adversus regem tuum; Dimitte nobis debita nostra? Nunquid per ipsum non sunt nobis sufficienter preparatum regnum, & dimissa peccata? Quomodo ergo hæc a Deo volumus, ut fructus meritorum suorum ad nos perveniat: eadem ratione poterimus satisfactiones nostras vix adungere, quin illi irrogemus injuriam, imo potius eorum virtutem commendemus: dum non nisi per eas, & eorum valore Deo satisfacimus. Merito igitur Conc. Trid. Sess. 14. c. 8. ait: Dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Jesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra satisfactio est, conformes efficiamus; certissimum quoque inde arham habebimus, quod si compatimur, & conglorificabimur. Neque vero ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exolvimus, ut non sit per Christum Jesum: nam qui ex nobis, tamquam ex nobis, nihil possumus; dum non nisi per eas, & eorum virtutem Deo satisfacimus. Ita non habet homo, unde gloriatur; sed omnis gloria nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo sacrificamus; facientes fructus dignos patientie, quod ex illo vim habet, ad illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur a Patre. Hæc Catholicæ Ecclesie doctrina est. Qua supposita Canon. 14. ita pronuntiat: Si quis dixerit, satisfactiones, quibus patientes per Jesum Christum peccata redimimus, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & vicariis Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obstruere; anathema sit. Et Can. 15. Si quis dixerit, contra institutionem Christi, & sessionem esse, quod vitæ clavium, sicut a papa aeterna, potestatem plenamque excolenda remaneat, anathema sit.

Supersit exanimandum, an poenitentia temporalis pro peccato mortali remissa, aut etiam pro veniali in presenti vita non soluta subeunda, & solvenda remaneat in futura. Verum qui est questio pertinet ad articulum de existentia Purgatorii post hanc vitam; ideo eam omittimus suo loco, si Deus spatium dederit, pro meritis examinandum. Interim huic Tradatui de Peccatis finem imponimus.

TRACTATUS QUINTUS. DE LEGIBUS.



De perfecta notitia peccati maxime jurvat legum cognitio, dicente Paulo Rom. 7. v. 7. Peccatum non cognovi nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupiscas. Oportuit ergo ad pleniorum disputationem de peccatis intelligentiam, ut Tractatus de Legibus immediate succedat. Ita enim agit D. Th. hac 1. 2. q. 90. Materia legum communis est Philosophis, Juristis, ac Theologis: nobilior tamen, ac sanctior consideratio circa eas occupantur Theologi. Nam Philosophi tradiderunt ea solum, que naturali lumine cognosci possunt; & que judicantur conducere ad hominum mores recte instituendos, & ad Rempublicam in pacem, concordia, & justitia continendam. Juris periti, qui jus Civile, & jus Pontificium profitentur, de legibus, Ecclesiasticæ auctoritate præscriptis, disputant, quibus iusta moderatione res Ecclesiasticæ, ac Personæ ipsæ in suis officiis, & ordinibus Ecclesiasticis se se contineant. Theologi vero non solum leges divinas positivæ, que proprie ad illos pertinent, cum sola Dei revelatione notæ sunt, percontantur: verum etiam de lege naturali, & humana disputant; sed ob altiore finem, nempe, ad conscientiam fidelium bene formandam, & dirigendas actiones eorum ad meritum vitæ æternæ. Ad hunc ergo finem præsentem Tractatum dirigimus, eodem ordine, quo Angelicus noster Præceptor, ipsum distribuit.

QUESTIO I.

De his, que pertinent ad substantiam Legis in communi.

IN hæc questione examinabimus naturam, finem, conditiones, divisionem, & alia ad substantiam legis in communi necessaria.

DE DIVISIONE.

Quid sit Lex, ac ejus Potentia Actus?

S. I.

Varia Legis acceptiones: tum quoad Nomen, tum quoad Rem.

INomen Legis varie derivant Auctores. Isidorus 1. 2. Origin. cap. 10. a legendo vocatam ait, eo quod leges olim scripto tradebantur, et ab omnibus legi possent, vel

quia homo in ipsa legit, quod illi agendum, vel omittendum est. Sed hæc derivatio, cum supponat legem esse scriptam, non congruit legi naturali, & Evangelicæ, quarum neutra scripta est.

II. Cicero libro 1. de Legibus legem ab eligendo dictam putat: quia lex est regula eligendorum. Quod approbat Sanctus Augustinus Quest. 20. in Leviticum dicens: Legem a legendo, id est, ab eligendo Latini auctoritate appellatam esse dixerunt.

III. Sanctus Thomas vero hac quest. 90. art. 1. legem derivat a ligando: ait enim: Lex quædam regula est, & mensura actuum secundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur. Dicitur enim lex a ligando, quia obligat ad agendum. Cui derivationi, nedum multi Doctores adherent; sed & Scriptura ipsa patet invidetur, que leges nomine vinculi non raro usurpat: ut Psalm. 2. vers. 3. Dirumpamus vincula eorum. Jeremias 2. v. 20. Rapisti vincula mea, & dixisti, non servam.

IV. Lex non uno modo usurpatur. Interdum enim pro conditione, & pacto accipitur: veluti cum passim in contractibus dicitur, ea lege, ut hoc, aut illud facias. — Secundo generaliter pro quacumque regula, vel præcepto præscribente quidpiam bonum, sive bonum, sive malum. Sic grammaticæ, aliarumque artium regulæ; ac præcepta leges vocantur, & tyrannorum edicta, quamvis injusta: unde illud Isaie 10. vers. 1. Væ, qui condunt leges terribiles. — Tertio pro inclinatione, & instinctu naturali ad aliquid, quomodo concupiscentia inclinans ad malum vocatur a Paulo Rom. 7. v. 23. Lex peccati, Lex membrorum. Et naturalis obligatio aequi impossita, ne transeat fines suos, lex vocatur. Prov. 8. v. 27. Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos. Et infra: Legem penebas aquas, ne transiret fines suas. Et Job 28. v. 26. Quando penebas pluviam legem.

V. Sumitur etiam Lex pro eo, quod fit juxta præscriptum legis, seu pro opere per legem præscripto, ut Job 7. v. 19. Nemo ex vobis facit legem. — Item pro Religione, vel disciplina legem continente: sic dicimus, legem veterem, legem novam, legem Christianorum, seu Evangelicam, pro Religione varias leges, & consilia continente. Hinc aliqui libri vocantur lex, tamen multa alia continent, que non sunt leges: velut cum Joan. 15. v. 25. dicitur: Sed ne adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: quia odia habuerunt me gratis. Quibus designatur liber Psalm. cum versiculis ille habeatur Psalm. 24. v. 19. & 1. Cor. 14. v. 21. cum dicitur: In lege scriptum est: Quoniam in aliis linguis, & labiis loquar populo huic, ubi per legem indicatur liber Isaie c. 28. v. 11. qui liber multa continet, que non sunt leges.

VI. Hæc autem omnes improprie usurpationes legis sunt. Lex ergo, proprie dicta, est regula præscribens communitati, quod rectum est; ut Prov. 8. v. 15. Per me Reges regnant, & legum, conditores iusta decernunt. Et de lege hoc modo acce-

do accepta acuti fumus in hoc tractatu: que a D. Th. hoc a. 4. definitur sic: Lex est quædam ratio ordinatio ad bonum communitatis ab eo, qui curam Communitatis habet, promulgata. Ubi i rationis ordinatio active sumitur pro actu rationis, quo Superior ordinat, ac præscribit ordinationem, que fit efficax vim cogendi habens, seu obligatoria, & fixa, ac stabilis: quo a ratione legis descendit monitorio, oratio, & consilium, que per modum satisfactionis, non obligationis, aut ordinationis proponitur. Debet etiam esse fixa, & stabilis, ut distingatur a præcepto. Nam etsi Principes faceret præceptum toti Communitati, per unum, aut alterum diem servandum, illud non esset lex: quia non haberet esse fixum, & quasi perpetuum, sed vel statuo tempore, vel saltem morte præcipientis, etsi non revocatum, desineret. — Lex ad bonum communitatis excludit tum leges tyrannicas, que non essent honeste, & iuste; Tum præcepta, aut statuta, que in privatum bonum a Rege, vel Principe conderentur. — Lex ad, qui curam Communitatis habet, rejicit a ratione vere legis Præcepta Patrumfamilias, & alia ejusmodi; que est obligatoria nisi, leges tamen proprie non sunt. — Tandem promulgata, indicat, statuta, & leges a legitima potestate conceptas, ac etiam conscriptas non habere proprie vim legis, & obligatoriam, quousque promulgatione non intimentur. Ita explicata definitio legis tradita a D. Thoma optima est. Quod si aliam sufforem velis, lex in genere describi potest, quod fit: Regula perseverans ordinativæ actionum humanarum, ingenita, vel præscripta propter bonum commune ab eo, qui curam gerit Communitatis, & in ea obtinenti supremam auctoritatem promulgata, obligans ad aliquid faciendum, vel omittendum. — Quæ definitio complectitur, tam legem positivam divinam, sive humanam, quam naturalem, & tam affirmativam, quam negativam. In reliquis exponendis est, ut superius.

VII. Abstinere ab ostendendo legum necessitate, existentia, & utilitate: hæc enim certa sunt. Necessitas quidem patet ex ipsius creaturæ intellectualis natura. Cum enim, utpote desubstantialis, plerumque a fine honestatis ad quem debet tendere, delectatur; eget aliquo superiore, a quo certa lege, ac regula in suis actionibus debite continetur, ne a fine debito recedat. Quod si de fine naturali appareat necessitas, multo magis lege indigebit, ut bene regatur in ordine ad finem supernaturalem humane menti profusus ignotum. Existentiam legum ostendunt, quod naturale quidem, ipsum lumen rationis, & insuper sacra Scriptura multa præscribens ad legem naturalem spectantia, & supernaturalem; multa etiam ad legem positivam divinam habentur tam in veteri, quam in novo Testamento. Quoad leges humanas, eas legere est in Jure, tum Civili, tum Canonico. Legum etiam utilitatem ipsa experientia testatur: Constat enim, per leges iustitiam, pacem, ac concordiam, alique multa bona in societate humana promovendi, multa etiam mala impediendi: adeo ut Republicæ salutem in legibus consistant esse, dixerit Aristoteles s. Rhetoric.

VIII. His prænotatis: quod circa substantiam legis in Scholis disputatur, est: in quo actu lex collocanda sit: an in intellectu, an voluntatis, an in utroque. Scotus eam formaliter collocat in actu voluntatis præsupponentem actum intellectus. Sanctus Thomas hoc a. 1. sentit legem esse formaliter actum rationis, connotantis tamen actum voluntatis. Aliqui extra utramque scholam, legem dicunt, aqualiter consistere in utroque actu, intellectus, & voluntatis.

S. II.

An Lex essentialiter sit Actus Intellectus.

IX. Dico. Lex essentialiter est actus intellectus, præsupponens tamen, & connotans actum voluntatis. Hæc resolutio assens est alteri, quam statumus Tom. 1. in 1. p. Quest. 1. de Providentia Dei Dub. 3. ubi Providentiam diximus esse essentialiter actum intellectus, præsupponentem tamen actum voluntatis, contra eundem Scotum. Prior ergo pars probatur a D. Thom. hoc a. 1. in Arg. sed contra, hoc dicitur. Actus legis est præcipere, & prohibere: sed imperare est actus rationis, ergo, & actus legis. Min. ostendit ex supra dictis q. 17. a. 1. ubi hæc habet: Imperare est essentialiter actus rationis; imperans enim ordinat eum, cui imperat, ad aliquid agendum inanimato, vel animato: sic autem ordinare per modum consilii, & intimationis, est rationis.

Deinde in Corp. articuli sic dicitur: Lex est regula, & mensura actuum humanorum, secundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur: sed regula, & mensura humanorum actuum est ratio, rationis enim est, per modum primi principii ordinare; ergo &c.

X. Confirmatur Superiori mediante lege obligat subditos ad obediendum: obligare autem proprium est imperii, quod in hoc differt a consilio; consilium enim dirigit, sed non obligat: atqui actus imperii est rationis; ergo &c. — Adde, quod legem ferre est quoddam loqui: sed locutio interior est actus intellectus, qui est spirituale os anime; ergo ad eundem pertinet ipsa lex.

XI. Accedit: quod lex in Scripturis dicitur illuminare. Pf. 18. v. 6. Preceptum Domini lucidum illuminans oculos. Pf. 118. v. 105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et Prov. 6. v. 23. Mandatum lucerna est, & lex lux. Hæc autem pertinent ad intellectum; ergo &c.

XII. Quod vero lex ita fit actus rationis, ut per se in suo essentiali conceptu non includat actum voluntatis; Prob. primo. In lege naturali, que jubet, ea suo tempore, & loco fieri, que secundum se bona sunt; prohibet autem, que per

se, & ex natura sua sunt mala: sed hæc prævenit omnem voluntatem. Nam quod Deus fit colendus, & amandus, parentes honorandi, quod furtum, & adulterium immi fugienda, ratio naturalis sic dicit; ut præveniendum omnem Legislatorem voluntatem, immo, supposito per impossibile, nullam esse in eo voluntatem, nihilominus lege naturali teneretur illa facere, & ita fugere, ergo &c.

Probatur secundum. Potest voluntate Superioris, etsi subditus eam cognoscit, non obligatur ad legem servandam, quousque ei non intemetur: unde Religiosus, etsi faciat voluntatem Superioris esse, ut faciat aliquid, non obligatur illud facere, antequam ei imperetur. E contra vero si aliquid præcipit Superior, etsi non habeat voluntatem, et ponatur in executione, tenetur illud exequi. Sic Abraham verum habuit præceptum de immolando filio, tenebatur illud implere, cum tamen Deus non haberet voluntatem, ut illum de facto immolaret. Et si Princeps aliquis legem ferret, non cupiens (sive ex malitia, sive ex alia causa) ut subditi rem præceptam faciant, volens tamen legem esse ponere, effectus vera lex; ergo non requiritur ad essentiam legis, ut Legislator velit a subditis fieri, quod jubet; ergo ad essentiam legis sola intimatione per rationem sufficit.

XIII. Secunda vero pars, nempe, quod lex sit essentialiter aliquid rationis: omnis tamen lex positiva, non solum rationis sit, sed actum voluntatis connotet, & supponat; Prob. Tum quia actus legislativus, est si actus rationis, est tamen rationis non speculative, sed præctice: nimirum actus imperii, ut dictum est, & dicitur; sed actus imperii licet elicitive, & quantum ad substantiam sit ab intellectu, supponit tamen, & connotat actum voluntatis, a quo efficaciam, & vim movendi participat, ut docet D. Thom. 1. 2. q. 172. ut a, ergo &c. Tum etiam, quia proprium est legis movere subditos ad aliquid agendum, & ad desistendum ab aliquo: solus autem intellectus absque voluntate movere non potest quoad exercitium.

XIV. Quæres: Quis fit actus intellectus præctici, in quo essentialiter consistit lex. Et quis fit actus voluntatis, quem lex connotat, & supponit.

Respondet ad primum. Verus esse, quod actus rationis, in quo essentialiter consistit lex, sit actus imperii, nec sufficit actus iudicii. Quantumcumque enim Superior judicet, aliquid esse bonum, & sciendum, quomodo illud non præcipit, non fert legem, nec subditi tenentur illud facere; quod manifestum est in iis, que cadunt sub consilio. Nam hæc dicitur a Deo esse bona, immo meliora: quia tamen nec Deus illa præcipit, nec alius habens potestatem legislativam; ideo nec de illis est lex, nec Fideles ad ea servanda obligantur. Debet ergo accedere imperium rationis præctice præscribens, & dicentis: Hoc debet fieri: & statim aderit lex. Quomodo enim ex principiis universalibus speculabilibus per vim consequentiam sequitur conclusio: Ita ex principiis universalibus rationis præctice sequitur per imperium dictamen, vel proprium rationis, juxta quam agi oportet: ut indicat D. Th. hoc a. 1. ad 2.

XV. Respondet ad secundum. Actum voluntatis, quam debet supponere lex, non esse actum, quo Superior velit fieri id, quod jubet: nam ut nuper dicebamus, eius actus non requiritur ad rationem vere legis, ut ostendimus exemplo Abraham, nec sufficit: Etenim si Superior aliquid fieri velit, non tamen præcipiat: neque erit lex, nec subditi tenentur illud præstare. Debet ergo esse actus voluntatis approbantis id, quod intellectus bonum judicavit, & volens de illo statutum, seu legem ferri; ideoque movens intellectum ad illud imperandum.

S. III.

Scotistarum Rationes contrariæ.

XVII. Obijciunt primo varias auctoritates, quibus conatur lex ostendere, legem in actu voluntatis consistere. Pf. 39. v. 9. In capite illius scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, & legem tuam in medio cordis mei. Pf. 104. v. 7. Natus factus visus Moyses Israel voluntatis suæ id est leges. Et Machab. 1. v. 3. Dixi vobis cor omnium, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem, id est, ejus legem servetis, ac impletis.

XVIII. Confirmant. Leges civiles dicuntur esse Principum placita. Nam L. 1. ff. de const. Princ. dicitur: Quod Principi placuit, legis habet vigorem. Hinc S. Aug. l. 4. de Civit. Dei c. 6. Arbitria (inquit) Principum pro legibus erant. Et Arist. in Rhetoric. c. 1. Legem dicit: esse communem civitatis consensum. Et Cicero l. 1. de legibus: Legem ab electione distant esse. Sed placitum consensu probatum, & quod ab electione procedit, voluntatis actum importat; ergo &c.

XIX. Respondet primo. Hoc argumentum retorqueri posse in Adversarios: nam leges in Scripturis vocantur: Lucerna, lux, præceptum illuminans, ut supra diximus, dicuntur etiam iudicia Pf. 147. v. 20. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis. Sed lucere, & illuminare, judicare, actus intellectus sunt; ergo &c.

Respondio communi solutione, prefatas auctoritates convincere, legem a voluntate Legislatoris procedere, non elicitive, sed motive; quia Princeps non fert legem, nisi volens eam ferre. Unde D. Thom. 2. 2. q. 97. a. 1. inter signa voluntatis divinæ ponit præceptum; quia si Deus aliquid præcipit, signum est, quod illud vult. Ex quo sequitur, quod lex includat quidem actum voluntatis, & illam supponat; non tamen quod in eo formaliter consistat. Dicitur autem, dum legi obediunt, voluntatem Dei facere; quia opera, que a Deo præferuntur, bona sunt, & Deo placent.

Quod additur ex Jure Civili, sensum facit; id, quod placuit Principi, habere vigorem legis, quando suam voluntatem, rectam rationis regulam sequens, hoc, quod vult, subditis præscribit, & imperat. Augustinus autem (seu verius Iulianus historicus) dicit: quod cum populi nullis legibus se subiciant, arbitria Principum pro legibus erant ut iudicata tamen, & populi intimpata. Quod indicat, voluntatem esse quidem causam motivam, non tamen esse formaliter legem.

XX. Nec dicas: voluntatem non supponi ad actum intellectus, sed potius intellectum supponi, & antecedere actum voluntatis; maxime in operationibus, que exterius sunt exercenda: per voluntatem enim potentia exterior applicatur. Nam respondeo, quod est actus voluntatis, qui dicitur usus, sit postremus, quia applicativus potentiarum exteriorum ad executionem, eas tamen non applicat, nisi ex imperio rationis: essentia autem legis in actu imperativo consistit, non in executivo. Primo. Ut est in Legislatore tanquam regulante, & imperante. Secundo. Ut in subditis tanquam regulatores, & imperatos derivatur. Tertio. Ut in aliquo signo exteriori; quomodo lex est, vel verbum ore prolatum, vel scripturales interno Legislatoris actu derivata; qui actus est vera, & quasi primaria lex, a qua vim legis habent tum voces exteriores; tum scripturae, que legem continent. De lege ergo, ut in Legislatore, quatenus dicitur actum imperantem, & intiman- tem executionem externam per voces, & scripturam, ac subditis obediendum, loquimur hic; & hunc dicimus esse actum imperii intellectus, quamvis supponat, & inserat actum in voluntate.

XXI. Obijciunt secundo. Ad eam facultatem essentialiter spectat ratio legis, ad quam pertinet ordinare in finem; quia lex ad hoc tendit, ut homo in suum finem recto veluti tramite manuducatur: sed ad voluntatem, cuius obiectum est finis, spectat manuducere in finem; ergo &c.

Confirmatur primo. Munus legis, ejusque propria ratio in decreto obligativo consistit, quod moventur subditi ad recte operandum: sed movere ad exercitium operationis, proprium est voluntatis; ergo &c.

Confirmatur secundo. Lex est essentialiter regula, & mensura humanarum actionum: sed regulare humanas actiones pertinet ad voluntatem; unde D. Th. 2. 2. q. 104. a. 1. ad 2. docet: quod Divina voluntas est prima regula, qua regulantur omnes rationales voluntates, cui non magis appropriatur, quam alia. Et ideo voluntas unius hominis præcipiens potest esse quasi fundamentum, & regula voluntatis alterius obediens.

XXII. Respondeo, nego absolute min. Ordinare enim in finem formaliter spectat ad intellectum; voluntatis autem potius est, sequi ductum, & ordinationem a ratione præscriptam. Non enim ideo intellectus recte ordinat, quia sequitur voluntatem; sed ideo voluntas ordinare præcedit erga finem, quia sequitur ordinem recte rationis, sibi ab intellectu præscriptum. Unde quod lex recte ordinat, primario habet a ratione, non a voluntate.

XXIII. Ad primam Confirm. dico, vim obligandi esse in voluntate, quatenus imperium semper supponit voluntatem: esse tamen formaliter in intellectu, quatenus intellectus est, qui imperat. Unde lex supponit quidem actum voluntatis, sed in eo formaliter non consistit. Lex insuper movet quidem, sed dirigendo, & præcipiendo: voluntas vero movet, præcise applicando ad exercitium, non dirigendo, immo in suo actu dirigunt ab intellectu.

XXIV. Ad secundam Confirm. dico, voluntatem dici regulam, non ratione sui per se, sed quatenus dirigunt a ratione. Et in hoc sensu dicit S. Th. quod voluntas divina est prima regula, ut dirigunt a ratione divina: ac proinde ratio primæ regule competit per se primo rationi divinæ, & participative rationi creatæ. Unde voluntas Superioris creati est secunda regule, quatenus dirigunt a ratione creatæ participata, & conformi rationi divinæ.

XXV. Obijciunt tertio. Ferre legem est actus iustitiæ, cum lex ordinatur ad bonum commune, quod respiciunt a iustitia legali: sed iustitia legalis residet in voluntate; ergo &c.

Respondedo, neg. maj. Condere enim leges præsupponit quidem voluntatem servandi iustitiam legalem; non tamen formaliter, & essentialiter est actus iustitiæ legalis. sed prudentiæ politicæ, & regalitatis, quæ est virtus residens in intellectu practico.

XXVI. Obijci potest quarto in gratiam eorum, qui ponunt legem in utroque actu intellectus, & voluntatis. D. August. lib. 22. contra Faustulum cap. 27. Lex æterna (inquit) est ratio divina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conservari jubens, perturbari vetans; ergo in intellectu, & voluntate consistit lex.

XXVII. Respondedo, neg. confeg. Non enim S. Augustinus loquitur copulative, dicens, lex æterna est ratio divina, & Dei, id est vel una, vel altera; consulto volens ab hac controversia abstinere, quia nihil ad rem ibi conducebat: quamvis si attentè consideremus, quæ subiungit, eam in ratione

potius collocet, quam in voluntate. Cæterum I. c. de Lib. arb. c. 6. ubi hæc materiam tractat, legem definit, eam determinatè ponit in intellectu dicens: legem æternam esse Rationem summam, cui semper obtemperandum est.

DUBIUM II.

An Lex ordinatur semper ad Bonum Commune.

S. I.

An Lex ad aliquam Communitatem dirigi debeat.

I. Duplex hujus Dubii sensus reddi potest. Unus, an Lex ad aliquam Communitatem semper dirigi debeat: alter, an lex ordinari semper debeat ad bonum commune tanquam ad finem. Ad priorum ergo sententiam.

II. Dico. Lex ut veram legis rationem habeat, debet dirigi ad Communitatem; nec satis est, ut uni, vel alteri homini imponatur. Ita cum D. Th. hac q. 90. a. 3. ad 3. communiter omnes. Probatur primo inductione. Nam lex æterna, & naturalis, non uni tantum homini datur, sed in cordibus omnium inseritur. Lex etiam divina positiva pro Communitate data est: vetus quidem pro populo Israelitico: nova autem pro toto Mundo. Humanæ etiam leges, sive civiles, sive canonicæ ad Communitates dirigitur.

III. Probatur secundo. Lex in eo distinguitur a præcepto, quod præceptum possit uni, vel duobus imponi, non similiter Lex. Hinc secundum commune sensum, Rex non censetur legem ferre, quando quiddam uni, vel alteri mandat: sicut neque quando Deus Genes. 22. v. 2. mandavit Abraham, ut filium suum immolaret, censetur tulisse legem, etiam si verum præceptum dederit. Contra vero quando Adæ præcepit, ne de ligno comederet Genes. 2. v. 17. veram legem tulit; quia mandatum illud, non solum Adæ factum fuit, sed totam ejus posteritatem, in eo formaliter contentam, comprehendebat.

IV. Ratio autem hujus est. Tum quia lex est principalis actus prudentiæ politicæ, vel regalitatis; quæ per se primo respicit bonum commune, & totius, & non tantum bonum partis. Quapropter docet D. Thom. loco citato art. 3. Quod lex proprie, primo, & principaliter respicit ordinem ad bonum commune. Ordinare autem aliquid in bonum commune, est, vel totius multitudinis, vel aliquis generis, vel totius multitudinis. Et ibi ad 3. dicit, Patrosimilias pro sua domo posse quidem facere præcepta, sed non leges. Quia sicut homo est pars Civitatis: Civitas autem est Communitas perfecta. Et ideo sicut bonum unius hominis non est ultimus finis, sed ad commune bonum ordinatur: ita etiam bonum unius domus ordinatur ad bonum totius civitatis, quæ est Communitas perfecta. Unde ille, qui gubernat aliquam familiam, potest quidem facere aliquos præcepta, vel statuta, non tamen quæ proprie dicuntur rationem legis.

Tum etiam: quia, ut dictum est, & dicitur, de ratione legis est, quod sit perpetua: sed nulla persona particularis pro hoc mortali statu, pro quo fertur lex, est perpetua; ergo ipsi proprie non potest ferri lex, sed communitati perfecta, quæ, cum per continuum successorem perseveret, hæc ratione dici potest perpetua.

V. Nota tamen, ad veram rationem legis non requiri, ut feratur pro tota communitate totaliter: sed satis est, ut sic feratur, quod tam, vel totam obliget; vel aliquam ejus partem, secundum exigentiam rerum, ac personarum, ob tamen commune bonum, & modo fixo, ac stabili. Quare si ad commune bonum civitatis pertinet, poterit fieri lex, quæ, vel concernat unius officii artifices, & non alios; vel comprehendat unius tantum conditionis homines, veluti plebejos, & non nobiles, aut contra, vel obliget descendentes ex Hebræis, aut ex Saracenis conversos, & non alios; habitantes unam partem, & non aliam: vel obstringat ad certa aliqua officia, aut arma aliquis generis, aliquos habitatores, esto non omnes. His enim in casibus, modo servetur debita proportio, non solum erit justum præceptum, sed etiam vera lex: quia procedens ex jurisdictione politica, immediate pertinet ad bonum commune totius, & obligans, esto, non absolute omnes, omnes tamen istius, vel illius conditionis, vel officii, vel situs, non solum præsentis, sed etiam futuri. Et propterea dixi: sed feratur modo fixo, & stabili; quia lex, ut differat a præcepto, habere debet perpetuitatem, nec expirare morte Legislatoris; obligare nempe præteritæ, sed etiam futuri, & dari ob causam non extemporaneam, sed permanentem. Unde si Princeps ob extemporaneam aliquam necessitatem juberet, ut subditi uno die incederent armati, vel aliud ad breve tempus, non faceret legem, sed præceptum.

VI. Sed dices primo. Innocentius III. c. litteræ de Regularibus. Et Urbanus II. c. duo Juno, 13. q. 2. Dux leges esse dicitur: unam publicam, aliam privatam. Similiter Ulpianus L. 1. ff. de iur. 4. Quidam dicit esse leges personales, quæ non trahunt ad exemplum. Et in Institut. De iure naturali, gentium, & civili. Idem dicitur.

VII. Respondedo, Innocentium, & Urbanum pro lege privata sumere privatam Spiritus Sancti infunditum, quod quædam ad aliquod certum bonum inspiratur. Unde ait Urbanus: Lex vero privata est, quæ infunditur Spiritui Sancti in corde describitur, sicut de quibusdam dicit Apostolus (Rom. 2. v. 15.) Qui habent legem scriptam in cordibus suis. Loquitur autem de Clerico, qui Spiritu Sancto afflatus, ad Religionem transire

transire cupit. Et Innocentius loquitur de Religioso ad actionem vitam aspirante; velque, ad illam transire posse, etiam Prælato licentiam dante.

Jus autem civile nomine legis personalis intelligit privilegium, vel poenam particulari persone concessum, vel inflictam. Quæ propterea legem nominat, quia saltem mediate respiciunt bonum Communitatis. Quamvis enim executio cadit in unam tantum personam, dum tamen in ea præmiatur virtus, accenditur in alium studium: & dum vicia pœnis maldantur, alii a vitiis deterrentur, ex quo bonum Republicæ emergit.

VIII. Dices secundo. Quod præceptum uni, vel pluribus datur, non variat essentiam præcepti; ergo si præceptum multis, seu communitati impositum, est lex, erit etiam lex, cum uni, vel alteri imponitur.

IX. Resp. dist. ant. Non variat physice, transeat aut, moraliter, nego ant. & conf. Licet enim omnis lex sit præceptum; non tamen omne præceptum est verè lex. Nam tres conditiones requirit lex, quæ non requirit præceptum. Prima. Quia lex totam respicit Communitatem, cui immediate datur, quod ad præceptum non requiritur. Secunda. Quia lex ex natura sua petit esse perpetua, nec morte Legislatoris cessat; præceptum autem morte, vel amotione imponentis cessat. Tertia. Quia præceptum a quocumque Superiore imponi potest: lex autem ab eo solo, qui a Deo, vel a Republica supremam, ac legislativam obtinet potestatem.

X. Dices tertio. Lex utpote directiva humanarum actionum debet respicere personam, quæ secundum eam agere debet: sed hæc est persona particularis, quæ est vera persona; Communitas enim non est persona, nisi ficticia, quæ non nisi per particulares personas potest operari, & legem implere; ergo lex potius dirigi debet ad particulares personas, quam ad Communitatem.

XI. Respondedo, hanc instantiam in æquivoco laborare: patet enim, legem dirigi ad solam communitatem, ut est corpus mysticum abstractivè consideratum; cum tamen dirigatur ad illam concretivè sumptam, & ad includit personas singulares, per quas lex debet impleri, & executioni mandari. Potius tamen dirigatur ad Communitatem, quam ad singulares personas; quia lex non respicit particulares personas, propter bonum particulare ipsarum, sed propter bonum Communitatis, & ut sunt partes illius. Et ideo licet quantum ad executionem pertinet ad singulares personas, quantum ad præscriptum tamen, & designationem totam respicit Communitatem.

XII. Eto autem lex respiciat immediate Communitatem, non tamen omnis eodem modo. Nam aliqua lex est, quæ ad Communitatem fertur, non collectivè, sed divisivè, seu distributive sumptam; quia a singulis de Communitate servanda est, vel juxta legis conditionem, & personarum, vel absolute. Alia vero est, quæ ad Communitatem collectivè sumptam fertur, præcipiendo videlicet, ut prohibendo aliquem actum, qui a sola communitate collecta fieri debet, non vero a singulis membris eorum spectatis: ut sunt statuta, & leges, quibus Universitates, Communitates, Capitulorum Rectores tenentur aliqui præstare circa publicam & communem administrationem suæ directioni committam.

S. II.

An Lex debeat dirigi ad Bonum Commune, seu ad Publicam Utilitatem, ut ad Eivem.

XIII. Dico. De ratione legis est, quod sit propter bonum commune, propter finem. Ita Plato L. 1. de Legib. dicens: Leges condendæ esse publicæ pacis gratia. Aristoteles 4. 3. Politic. cap. 1. Leges (inquit) ad commune populi saluam sunt accommodandæ. Et Cicero I. de Legibus dicit: Constat, leges pro salute Republicæ tuenda esse institutas. Probatur inductione. Lex naturalis de se tendit ad bonum commune totius nature humanæ. Leges divinæ positivæ ordinantur ad Dei gloriam, & hominum utilitatem; dicente Isaia c. 51. v. 4. Lex a me exiit, & iudicium meum in lucem populorum requisit. Leges etiam humanæ tam civiles, quam canonicæ referuntur resp. & omnino referri debent ad bonum commune, & ad illud utiles esse. Nam potestas ferendi leges non est concessa hominibus, sive a Deo, sive a Republica, nisi propter bonum commune, & publicam felicitatem.

XIV. Confirm. Lex omnis, aut est a Deo Legislatore; aut ab homine: si a Deo, ordinatur in bonum commune. Nam vel est a Deo, ut auctore nature; vel a Deo, ut auctore gratiæ: utroque autem modo ad bonum commune hominis ordinatur; nempe, ad beatitudinem, sive naturalem, sive supernaturalem, & æternam, quæ est ultimus ejus finis. Si vero sit ab homine, debet esse exemplata a lege divina; quia Reges, & Principes sunt ministri Dei, cuius Mundus est Regnum; juxta illud Sap. 6. v. 5. Cum essetis ministri regni dei, non recte iustitiam: Et Rom. 13. v. 6. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes; ergo non habent potestatem legum condendarum, nisi propter bonum commune, quod Deus præcipere intendit. Quod si etiam potestatem legislativam acceperit a populo; quod est, ipsi esse ad eo collatam, ut illam exerceant in publicam utilitatem, non ad privatum commodum. Quapropter in Concil. Tolet. c. Can. 10. sancitum legitur: quod Reges sint non præsumptives proprii iura commodi, sed consultores patriæ, atque generi. Et Idorus I. Etymol. c. 21. Lex (inquit) est nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscribitur.

XV. Hanc veritatem probat D. Th. hac q. 90. art. 2. hoc

discursu. Lex ex sua natura ordinat hominem ad debitum finem illum: sed debitus finis hominis est felicitas, seu bonum commune; ergo &c. Min. probat S. D. sic: Felicitas, seu bonum partis est secundum ordinem ad bonum, & felicitatem sui totius: sed homo est pars totius Communitatis perfectæ; ergo felicitas hominis, & ultimus finis ejus est secundum ordinem ad bonum commune.

XVI. Dices tamen primo. Multæ sunt leges, quæ privatum bonum respiciunt: ut lex naturalis de tuenda propria vita, lex elemosinæ, lex correctionis fraternel, lex confessionis sacramentalis, quæ saltem supernaturalem penitentiam respicit, & leges de aliis Sacramentis suscipiendis; ergo &c.

XVII. Resp. dist. ant. Privatum bonum, ut materiam proximam, conc. ant. ut motivum, & finem, nego ant. & conf. Aliud est enim loqui de materia proxima, & fine, propter quod versatur circa talem materiam. Lex ergo naturalis de tuenda propria vita respicit quidem bonum privatum persone particularis, ut materiam proximam, circa quam versatur; pro motivo autem, & fine propter quod agit, & quod primo, & per se respicit, habet bonum commune, nempe, conservationem nature humanæ; cuius homo particularis cum sit pars, & natura conservari nequeat nisi in singularibus, propterea nature auctor, & conservator singulis præcipit, ut propriam vitam teneantur. Idem cum proportione dicendum est de legibus correctionis fraternel, & elemosinæ: quæ licet respiciant bonum privatum, ut materiam proximam, tamen per se primo ordinantur ad commune bonum; ad quod spectat, ut pauperes alantur, ut pestes, aut furta in Republica grassentur, & quod vitia emendantur, quæ sunt contra commune bonum nature rationalis. Idem dico de legibus Sacramentalium, & aliis supernaturalibus: hæc enim etiam habent pro materia proxima salutem persone particularis; per se tamen ordinantur ad cultum Dei ultimi finis, in quo omnes homines communicant; & in ejus ad-ptione natura humana beatificatur.

XVIII. Instabis, Privilegium veram habet rationem legis: dicitur enim in Cap. Privilegium dist. 3. Privata lex: & tamen respicit solam personam particularem, in favorem ejus conceditur; ergo &c.

XIX. Resp. primo, neg. maj. Privilegium enim, sicut & de præcepto dictum est, a vera ratione legis desinit; sicut etiam sententia Judicis, quæ potius est applicatio legis circa privatum personam, & eventum. Quare D. Th. infra q. 96. art. 1. ad 1. Quædam vero (inquit) sunt, quæ sunt communis quantum ad aliquid, & singularia quantum ad aliquid; & in istis dicitur privilegia, quæ sunt leges private: quia respiciunt singulares personas, & tamen præstare eorum utilitatem ad multa negotia. Dicitur etiam quædam legalia, non quia sint leges; sed propter applicationem legum communium ad aliqua particularia facta: sicut sunt sententiæ, quæ pro jure habentur.

XX. Resp. secundo. Dato etiam, quod privilegium possit vocari lex quod est respiciat bonum privatum, tanquam materiam proximam; hoc tamen credit in bonum commune, quod aliqui sint privilegiati propter strenuam factam in bonum Republicæ: quia ex hoc accenduntur alii ad opera egregia, & strenua in bonum ejusdem.

XXI. Dices secundo. Erii nulla esset proferi Republica, unquam dicitur homo existeret; adhuc in eo vigeret lex nature; unde Adam, dum solus erat, erat capax legis naturalis: sed tum lex non ordinaretur ad bonum commune; quia nulla esset Communitas, seu societas hominum; ergo &c.

XXII. Respond. quod si nulla esset Republica, immo unicus tantum homo, ut ad initio fuit in solo Adamo; esse lex in uno solo subiecto inveniretur, adhuc tamen de sua natura ordinaretur ad bonum commune: quia si cum influeret, ad recte vivendum, non solum sibi, sed etiam in societate aliorum, quamvis per accidens de facto non essent; homo enim est animal sociabile: unde dicit Deus Gen. 2. v. 18. Non est bonum, hominem esse solum.

XXIII. Dices tertio. Leges positivæ exigentes tributa verè leges sunt: sed tamen non respiciunt bonum commune subditorum, sed potius privatam regis utilitatem; ergo non est de ratione legis, quod respiciat bonum commune.

XXIV. Resp. dist. min. Leges de tributis pendendis respiciunt privatam Regis utilitatem, ut materiam proximam, conc. min. Ut finem ultimum, nego min. Ulterius enim per ordinantur ad Republicæ felicitatem, & securitatem: ut nimirum Rex per vestigalia possit pecuniam comparare, qua Republica in bello defendatur, & in pace conservetur.

S. III.

An possit Princeps jure Legem ferre, quæ bona particularia subditorum in suam Utilitatem convertat, ut nec remore ad Bonum Publicum ordinetur?

XXV. Dico. Non potest Princeps, nisi tyrannice, & injuste legem ferre, quia bona particularia subditorum in propriam vertat utilitatem: ita ut nec mediate in bonum commune ordinetur. Prob. primo. Nam Arist. 8. Ethic. c. 10. Tyrannus (inquit) suam, Rex subditorum utilitatem spectat. Et S. Basilius Homil. 12. in principium Proverborum ait: in hoc Tyrannum a Rege differre, quod ille sua ipsius commodum, & ad usumque respicit, hic subditi consilium tantum spectat.

XXVI. Probatur secundo ex Sacra Scriptura. Nam Dicitur 17. ubi describuntur, & præscribuntur a Deo ea, quæ a Rege fer-

servari debent, precipitur primo loco servanda in Deum pietas, in Religionem zelus, in subditos prudens, & clemens administratio: & in se ipsius ordinata moderatio. Item *Excehbilis* 34. ubi graviter arguunt Pastores, & hoc nomine omnes Reges, ac Principes: eo quod semetipsos passerent, non gregem, v. 8. dicitur: *Vivo ego, filii Domini Deus: quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves mea in devoracionem omnium bestiarum egri, eo quod non esse pastor: neque enim quiescent pastores mei gregem meum, sed peribunt pastores semetipsi, & greges meos non pascebant. Propetia Pastores audivi verbum Domini. Hec dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manibus eorum, & cessare faciam eis: ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsi: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam. Et c. 45. v. 18. additur: Et non accipiet Princeps de hereditate populi per violentiam, & de possessione eorum: sed de possessione sua hereditatem dabit filijs suis, ut non dispergat populus meus unusquisque a possessione sua. Quomobrem cum Achab Rex 3. Reg. c. 21. suadente uxore ejus Jezabel, vineam Naboth invito violenter usurpasset: ipse & Jezabel feverissima ultione puniti sunt, domus Achab delera, & Jezabel a canibus devorata fuit. Cominatio legitur eodem Capite v. 21. 22. & 23. & hoc opere impletum, quisque videre poterit 4. Reg. 9.*

XXVII. Hinc patet, turpiter hallucinari, qui existimant Principes, & Reges ita esse subditorum suorum dominos: ut verum habeant dominium in eorum bona, possintque ea in proprium commodum convertere, ac ferre leges in suam privatam utilitatem unice ordinatas. Contrarium enim sanxit Deus, ut dictum, & ostensum est. Contrarium senserunt quoque seculo Patres. Anno 653. Conc. Tolet. 8. Can. 10. Reges Gothorum Christianos dum principatum indubitan tales debere exillere statui, quales describuntur, his verbis: *Erunt Garibolici fidei affectores. . . erunt ad bonum, iudicis, & vita meriti: erunt in personibus verum ius fieri amplius, quam exierit, ut nulli vi, aut factione usurparum, vel despectu nam quantumcumque contrarius a subditis vel exigant, vel exigentis intendat. . . non professiones proprii iura commodi, sed consulentes patrie, acque genti. De rebus congregatis ab eis illis tantum sibi vindicent partes, quae dicitur auctoritas principalis. Et. Eadem moxia Concilii, v. 6. sub Ludovico, & Lothario anno 829. Regi tradit. c. 1. inter quae precipuum est: *Neminem iniuste per potentiam opprimere.* Quapropter D. Bernardus l. 3. de Consider. ad Eugenium III. Summ. Pontif. c. 3. Prae (inquit) & singulariter. Ad quid? . . . nunquid ut de subditis crescat? Nequaquam, sed ut ipsi de eo. Principem te constituerunt, sed sibi, non tibi. Et c. 4. Quid item tam indignum tibi, quam ut totum eorum, non sic contentus totis, nisi minutas quasdam, atque exiguas portiones ipsius tibi credita ditionis, tanquam non sint tua, satagas, nescio quomodo, ad hoc facere tua? Ubi etiam meminisse te volo parabola Nathan de homine, qui multas oves habens, unam, quae erat pauperis concupivit. Huc quoque videtur factum, immo facinus Regis Achab, qui rerum summam contempsit, & unam vi affectavit. Avertat Deus a te, quod ille audivit (3. Reg. 21. v. 19.) occidisti, & possidisti. His in Eugenio Principes omnes monebat S. Bernardus.*

XXVIII. Rationes, quae in contrarium militare possunt, sunt. Prima Populo Iudaico Regem postulanti 1. Reg. cap. 8. v. 11. Samuel nempe Dei, respondit: *Hec est ius Regis, qui interpretatur est vobis: Reliquo vestro tollet, & ponet in curvibus suis, facietque sibi equites, & praevos quingentorum suorum. . .* v. 13. Reliquo quoque vestras facies sibi ungentarias, & ficarias, & panificas. Agros quoque vestros, & vineas, & oliveta optima tollet, & habit servus suis. Ergo Princeps jus habet, in privatam commodum personas, & bona subditorum per leges, & edicta convertendi.

XXIX. Secunda ratio sumitur ex illo Christi Lucae 22. v. 25. *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic. Quibus verbis videtur Christus discrimen statueret inter potestatem regiam, & eam, quam erat ipse institutus; ut potestati civili, & regis tribuat auctoritatem dominandi subditis, ita ut horum sint vere domini: sed dominus potest ferrovum bona in proprium commodum convertere; ergo potiori jure possunt Reges, & Principes id legibus, & edictis sancire.*

XXX. Tertia ratio est, Principes Dei vices gerunt: sed Deus omnia refert in seipsum; ergo Principes omnia subditorum bona ad suum privatam commodum referre possunt.

XXXI. Ad hoc respondeo. Ad primam, nego consequi ibi enim fermo est de iure Regis, non vero ac legitimo, sed tyrannico, ut Reges essent usurpatarii. Hoc patet ex contextu, ibi enim refertur; quod populus Regem petendo, distinxit, sermo in oculis Samuelis. Cumque hic de Deum consulisset, respondit indignatus Dominus v. 7. *Non te adiecerunt, sed me, ne regerem super eos. Et v. 9. Verumtamen contere eis, & praedixi ius Regis, qui regnatus est super eos. Quasi diceret, nolunt me amplius regere super eos, qui tot esse contuli bona: habeat Regem, sed talem, qui ius regium convertat in despoticum, & tyrannicum. Unde noto, quod Deus non dixit absolute: praedixi eis ius Regis: sed: Regis qui regnatus est super eos; nimirum ius, quod sibi faciet, & usurpabit ille, qui super eos erit regnatus. Unde S. Gregorius lib. 4. in 1. Reg. cap. 2. Cum ergo (inquit) ius Regis praedixit, nimirum in unius carnalis Praesulii conversatione ostenditur, quod carnalis ceteri ex tyrannide acturi sunt, non quod electi debeant imitari. Nam in eadem Regum historia legitur, quia cum Rex Achab Naboth vineam abstulit, iram Dei*

omnipotentis incurrit. . . Cum ergo hic praedixit, quod commissum illi puniret, ostendit, quod divinus iudicio non subiecit.

XXXII. Ad secundam respondeo primo. Christum ibi non approbare, sed reprobare potius modum, quod Reges gentium dominabantur, dum ait: *Vos autem non sic.* Unde nihil conficitur pro contraria opinione. Secundo. Christus ibi loquitur de iure regis, non vero, ac legitimo, sed qualiter illud exercebant Reges gentiles: & ideo non dicit absolute: Reges dominantur: sed Reges gentium: proponens discrimen secularis Principatus, & dominacionis, qualem gentium Deum ignorantium. Reges exercebant, ad propriam filium, voluptates, utilitatem, & commodum eam convertentes, & Ecclesiastici regimini, in quo qui praest, ministrum potius, & servum sese exhibere debet, quam dominum: nec propria, sed eorum, quibus praest, commoda querere, ac seipsum pro eorum animabus, ac salute devovere.

Non inficitur tamen, Reges, & Principes jus domini in subditos obtinere: sed dico, esse jus domini civilis, & politici, non dispositivi, & herilis. Eto autem dominus dispositivi, & herilis, possit prohibito in proprius usus convertere ea, quorum est dominus: non autem dominus politicus, & civilis: membra namque Reipublicae, in qua dominium habet, sunt cives, & liberi, non servi, aut captivi. Quare politica denominatio, secundum D. Thom. in 2. dist. 44. q. 1. art. 3. ad 1. fuisse etiam in statu innocentiae: quia (inquit) nullum praedictum libertati offerit: dum subditi ad bonum Praesulii non ordinantur; sed e converso regimini Praesulii ad bonum subditi: unde non incipimus se eorum servos appellare. Idem docet ibi q. 2. art. 2. ad 1. ostendens, Christianos, esse liberos, potestatis secularibus obedire debere.

XXXIII. Ad tertiam, dist. min. in seipsum, ut ultimum finem, conc. min. In seipsum, idest in proprium commodum, neg. min. & consequ. Immo quemadmodum Deus nihil refert in proprium commodum: quia, ut ait David Psalm. 13. v. 2. *Deus meus 42. quoniam bonorum meorum non ego: ita Reges, & Principes, ex quo vices Dei gerunt, non debent resere bona subditorum in privata sua commoda; sed quae, ex solatis tributis colligunt, in subditorum utilitatem debent convertere. Quod vero Deus omnia ad se refert, ut ultimum finem, hoc ideo est, quia Domini est Regum, ut habetur Psalm. 21. v. 29. & finis regni non est extra ipsum. Finis autem Regni non est ipse gubernator humanus sed aliud extra ipsum: ideoque, non proprium, sed finem extra se procurare debet. Vide D. Thom. lib. 1. de Regim. Principum cap. 14.*

DUBIUM III.

De Iustitia Legis, Duratione, & Promulgatione ejusdem.

S. I.

Quid requiratur, ut Lex sit iusta.

I. Ex potest esse iusta, vel iniusta: five ex parte objecti, five ex parte formae, & modi, secundum quem precipitur. Potest esse iusta ex parte objecti: vel negative, quatenus id, quod precipitur, non est turpe, aut inhonestum: vel positive, quatenus, nempe, id, quod precipitur, antecedenter ad legem erit honestum, vel consequenter, quatenus est ante legem erit secundum se indifferens, per legem tamen in aliqua materia virtutis collocatur, & fit honestum: ut sunt leges de abstinencia a certo genere ciborum, de usu vestium talis, aut talis formae, vel materiae.

Ex parte legem ferentis potest esse iusta: si, nempe eam praescribat ex affectu iustitiae, & honestatis, non ex perverso, & malo animo.

Ex parte vero modi legem ferendi iusta esse potest: si feratur iuste ex parte finis, nempe, si ad commune bonum Reipublicae ordinatur: de quo equimus Dubio praecedente: vel ex parte potestatis, nempe, ut Legislator habeat potestatem eam ferendi, nec plus se extendat, quam ejus potestas protenditur, ut ad alios, quam ad sibi subditos: vel tandem, ut feratur secundum legem proportionis; nempe, ut iusta proportione subditis imponatur onera respective ad vires, & facultates: esset enim contra ream rationem, gravare subditos supra vires. Ad ferendam enim legem iustam debent servari Iustitia legalis, cuius est commune bonum intendere; iustitia commutativa, non obligando nisi eos, qui tenentur bono communitatis suae consulere, nempe subditos; & tantum iustitia distributiva, nam praecipiendo multitudinid distribuere debet omnia inter partes, servata aequalitate proportionis. Quare e contra ex hac triplici ratione lex potest esse iniusta: vel ex parte materiae, quia praescribit aliquid, vel communi bono, vel honestati epugnans, aut etiam impossibile observari: vel ex parte agentis, debita carentis auctoritate; vel ex parte formae, nempe, iusta distributione.

II. Dico ergo. De ratione legis esse, ut sit iusta, & iuste lata ex parte objecti, Legislatoris, & formae. Et quidem legem debere esse iustam, fiantur omnes: unde S. Augustinus lib. 1. de lib. Arbitrio c. 5. *Mibi (inquit) lex esse non videtur, quae iusta non fuerit.* Lex enim, vel est divina, vel humana. Si divina, essentialiter iusta est: si humana, exemplata esse debet, & derivata a lege aeterna Dei, ut dicemus, alia lex non est.

III. Prior ergo pars, quod lex debet esse iusta ex parte objecti, seu materiae, prob. primo ex S. August. lib. de vera

Religione cap. 37. ubi postquam dixit, de lege aeterna, quae Deus est, secundum quam iudicatur omnia, & de qua iudicare nullus potest; subiungit: *Conditor eam legum temporalium, si vir bonus est, & sapiens, illam ipsam consilio aeternam, de qua nulli aeterna iudicare datum est: ut secundum eas incommutabiles regulas, quid sit pro tempore iudicandum, utendumque differat.* Subscribit D. Thomas 1. 2. q. 96. art. 4. dicens: omnes leges humanas, si iuste sint, habere vim obligandi a lege aeterna, a qua derivantur, secundum illud Proverbi 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ex quo patet, quod omnis lex humana, quae iusta sit, & obligans, debet consulere aeternam, & ab ea derivata esse, & exemplata: sed lex aeterna non potest statui nisi recta, & honesta, ergo &c.

IV. Confirm. Nullus inferior obligare potest contra legem Superioris: sed lex praecipiens actum pravum, & inhonestum esset contra legem aeternam Dei prohibentis illum; ergo &c. Alias sequeretur, nos habere duas obligationes contradictorias: unam faciendi, quia lex humana id praecipit; alteram, illud idem non faciendi, quia idipsum lex divina prohiberet. Et insuper, quod posset Deus licite offendi; offenderetur enim, quia aliquid ab ipso vetitum fieret; licite autem, & impens, quia lex sanctum est.

V. Probat secundum ex fine legis, qui, teste Aristotele, est homines bonos fieri. Unde 2. Ethic. ait: *Legum latore istos affluentes bonos efficit.* Et lib. 3. Polit. c. 6. *De virtute, & vicio cogitant quicumque curam habent boni instituentis Civitatem.* Hac ratione dicit S. Th. q. 96. art. 4. citato, leges, quae contrariuntur bono divino, esse iniustas: Sicut leges Tyrannorum inducentes ad idololatram, vel ad quodcumque aliud, quod sit contra legem divinam. Quis sicut dicitur Affor. 4. Obedere oportet Deo magis, quam hominibus.

VI. Dices. Nonnulli sunt humanae leges quae malum permittunt; ergo lex potest esse iniusta ex parte objecti, sicut lex permittens meretricis.

VII. Respondeo, dist. ant. Statuendo, ut licet illud patrare, nego ant. Illud non arguendo, aut vindicando, ob majus bonum, quod inde oritur, vel majus malum evitandum, conc. ant. *Humanae leges* (inquit D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 11.) *derivantur a divinis regimine, & ipsam debent imitari.* *Deus autem, quantum sit omnipotens, & ipsum debet imitari.* *Ita sublati, majora bona collentur, vel etiam peiora mala sequuntur.* Sic ergo & in regimine humano illi, qui praesunt, recte aliqua mala tolerent, ne aliqua bona impediatur, vel etiam ne aliqua mala peiora incantur: sic Augustinus dicit l. 2. de Ordine c. 4. *Anser meretricis de rebus humanis, turbavit omnia libidinis, quae in inferis S. Th. recte Ecclesiam tolerare infidelis, ex quo in inferis S. Th. recte Ecclesiam tolerare infidelis, quavis in suis actibus peccent, & maxime Judaeis: a quibus testimonium nulli nostrae habemus.*

VIII. Ex hac assertionem sequitur etiam, fadem legem ferri posse de re impossibili simpliciter, aut moraliter, hoc est, valde diffisili. Quia, ut aliquid cadat sub lege, & sit materia ejus, debet cadere sub libertate: id est, possibile esse, ut fiat, vel non fiat, sed precipitur. Et in hoc lex humana imitari debet legem divinam, cuius praepia impossibilia observari non sunt, ut contra Calvinum, & alios statuit, Conc. Trident. sess. 6. cap. 13. & Cap. 18. & Innocentius X. adversus Janfenium. Unde S. Aug. (vel si velis, Evodius) l. de Fide contra Manichaeos c. 10. *Quis (inquit) non clamet, nullum esse praepia dare ei, cui liberum non est, quod precipitur, facere? & iniquum est, cum damnatur, cui non fuit praescripta iusta completa?* Et Lib. de Nat. & Gratia c. 43. Augustinus concludit: *Non igitur Deus impossibilia jubet; sed iubendo admonet, & facere, quod possit, & petere, quod non possit.* Quibus addit Trident. sess. c. 11. *Et adjuvat ut possit.*

IX. Secunda pars asserti, legem debere esse iustam, ex parte Legislatoris, duplicem sensum facere potest. Unum; quod, ut sit iusta, supponere debeat in ferente illam, legitimam potestatem: alterum: quod debeat in eo supponere intentionem rectam, eam ferendi, ob commune bonum. In hoc ergo secundo sensu assertio non procedit. Illa enim prava intentio Legislatoris esset mere personalis, nec redundaret in actum ferendi legem; si alioquin illa ad bonum commune ordinaretur: sicut nec prava intentio Iudicis officii sententia, dummodo illa non sit contra iustitiam: nec prava intentio ministri conferentis Sacramentum, vel malum finem, puta lucri, officii valui ejus; si tamen intendat facere, quod facit Ecclesia. Unde S. Aug. lib. 1. de Lib. arb. c. 5. ait: *Siquidem ille, qui talis, si Dei iustis iudicis, id est, quod praecipit aeterna iustitia, expers omnino libidinis, id agere potest.* Si autem ille cum aliqua libidine hoc statuit, non est eo ius, ut ei legi cum libidine temperari necesse sit; quia bona lex & a non bono ferri potest.

Procedit ergo assertum in priori sensu. Et probatur ex Divo Thoma 2. 2. q. 16. art. 1. ubi ait: *Lex non imponitur ab aliquo domino, nisi ius subditis: ideo praepia legis praescribuntur subditum, cuiuslibet recipientis legem ad eum, qui dat legem.* Et merito. Cum enim adus Legislatoris sit actus potestatis, & obligativus, exerceri non debet nisi in eum qui tali potestati subicitur, eique obedire tenetur.

Tertia vero asserti pars, quod lex debet esse iusta ex parte formae, scilicet, quod feratur ob bonum commune, & distribuantur onera, ordine proportionis servato; traditur a D. Thom. hac 1. 2. q. 96. art. 4. his verbis: *Dicuntur autem leges iustae, & ex fine, quando scilicet ordinantur ad bonum commune; & ex aetate, quando scilicet non excedit potestatem ferentis; & ex forma, quando scilicet secundum aequalitatem*

proportionis imponitur subditis contra in ordine ad bonum commune. Et probat: cum enim unus homo sit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipsum, quod est, & quod habet, est multitudinis; sicut & quilibet pars id, quod est, est totus: unde natura aliquid detrimentum inferre parti, ut salvet totum. Et secundum hoc leges huiusmodi onera proportionaliter inferentes iuste sunt, & obligant in foro conscientiae, & sunt leges legales. Quomodo ergo anima imperat parti, ut aliquid incommodum subeat, propter bonum totius, proportionaliter tamen ad actum suum: Omnia enim membra non eundem actum habent; ut ait Paulus Roman. 12. v. 4. Ita qui praest in corpore politico, debet singulari praepere proportionaliter ad statum, vires, & conditionem suam. Quare subdit S. D. iniuste sunt leges ex forma, cum inaequaliter onera multitudinid disponantur, etiam ordinantur ad bonum commune: & huiusmodi magis sunt violentiae, quam leges; quia non servatur iustitia distributiva, ut supra diximus.

S. II.

De Duratione Legis.

XI. Indicavimus supra, de ratione legis esse, ut sit perpetua. Quia vera perpetua, alia est ex parte initii, quatenus non habuit initium; & hac certe non gaudet, nisi sola lex aeterna. Alia vero ex parte termini, quae adhuc potest esse duplex: una simpliciter talis; quae nunquam finem esse habiura, quo pacto perpetua est anima rationalis, & Angelus: alia secundum quid; qualis est diuturna temporis duratio, quatenus illud dicitur perpetuum, quod ex sui natura habet esse firmum, permanent, & stabile, ut de se, vel semper, vel saltem per diuturnum tempus perseveret. De hac secundum loquimur. Qui tamen perpetuitatis modus, vel est negativus indefinitam habens durationem, nisi revocetur, quomodo suspensio dicitur perpetua negative: vel positivus; quatenus, vel natura sua, vel expressione verborum ita feratur, ut semper duret, & revocetur nunquam: sic depositio, & degradatio dicitur perpetua. Hinc praemis.

XII. Dico. De ratione legis in communi est, quod sit stabilis, ac permanentis duret, & obliget saltem indefinitam, & quousque non revocetur; ideoque aliquomodo est perpetua. Patet ex differentia, quam communiter iuris periti addunt inter praepium, seu praescriptum personale, & legem: quod praepium personale morte praecipiens expirat; lex vero per obitum Legislatoris non extinguitur. Et ratio est. Nam lex cum feratur Communitati, & pro bono communi, videtur ferri a Principe nomine & auctoritate Communitatis, & Reipublicae; quae cum semper maneat, ideo & vigor legis, etiam mortuo Legislatore, perseverat. Ad praepium personale alicui singulari personae praescribitur a Principe, vel Superiore, qui curam ejus gerit, prout non tam commune, quam bonum proprium illius personae respicit: quae cura cum per mortem, vel mutationem Superioris desinat; ideo diffinit etiam obligatio praepii.

XIII. Hac veritas etiam, inductione probatur. Lex enim aeterna cum in mente divina existat, perpetua est, ac immutabilis. Lex naturalis, quae est participatio legis aeternae, perpetua durat: ea enim, quae praecipit, semper ac necessario sunt bona; quae vero prohibet, semper ac necessario mala. Lex divina, vetus perpetua fuit, constantiter obligando pro eo tempore, pro quo lata fuit, scilicet usque ad finem Christi adventum: lex vero nova duratura est usque ad finem Mundi. Ergo etiam leges humanae quantum possunt, imitari debent legem aeternam, naturalem, & divinam, ex quibus reducuntur, debent fere modo perpetuam habere.

XIV. Si dicas. Lex vetus duravit solum usque ad adventum Christi: multae tamen sunt leges humanae, quae tractu temporis mutantur; ergo non leges perpetuae, & maxime humanae: cum enim ferantur ad hominibus, qui mortales sunt, quomodo possunt in perpetuum obligare?

XV. Respondeo, ex superioribus notatis, perpetuitatem, quam assignimus legibus positivis, non esse positivam, ut formaliter nunquam mutari possint: sed negativam, quatenus semper durent, donec contraria, vel consuetudine, vel Principis voluntate, non revocentur. Sic lex vetus fuit perpetua pro eo statu, pro quo lata fuit, donec succederet ei lex Evangelica, ad quam preparabat. Leges etiam humanae perpetuae hoc modo sunt: durant enim semper, donec revocentur. Homo autem est condit, non nomine suo, sed si sint Ecclesiasticae, nomine, & auctoritate Christi, qui non moritur, & hanc potestatem contulit Ecclesiae. Si vero sint civiles, auctoritate Reipublicae, quae fuit in suos Gubernatores, ac Legislatores, hae autem non moritur. Quare leges dicuntur quasi fundamenta Reipublicae, & quasi vitacula, quibus firma & fixa in bono cohercet: unde Cicero Orat. pro Cluentio, nervos, ac sanguinem Reipublicae appellat; atque, quod sicut corpora nostra sine sanguine, & nervis subsistere nequeunt; ita nec Reipublica sine legibus.

XVI. Triplici ergo respectu lex perpetuetatem sibi vindicat, Primo, respectu finis, qui est bonum commune, & hoc enim etiam Legislatore mortuo durat, exigite firmitatem in legibus: alioquin ex legum humanarum cessatione, vel mutatione magnum detrimentum pateretur. Secundo, respectu eorum, quibus imponitur lex; non enim solos praesentes obligat, sed etiam quotquot in posterum erunt partes illius Communitatis. Tertio, respectu ipsius legis, quia semel lata, semper durat; donec, vel revocetur, vel materia ejus, aut causa sit mutentur, ut iuste esse desinat.

XVII. Do hic quaeremus. Unum: an ad obligationem legis necessaria sit promulgatio. Alterum: an sit de essentia Legis.

Dico primo. Ut lex obliget in actu secundo, aequalis ejus promulgatio necessaria est. Ita communiter Theologi cum D. Th. hac q. 9. a. 4. cujus illa est ratio: Lex imponitur alii per modum regulae, ac mensurae actuum humanorum: sed regulae, & mensurae imponitur per hoc, quod applicatur his, qui regulantur, & mensurantur; ergo ad hoc, ut lex virtutem obligandi obtineat, quod est proprium legis, oportet, quod applicetur hominibus, qui secundum eam regulari debent: Talem autem applicationem si per hoc, quod in notitiam eorum deducitur, ex ipsa promulgatione, ergo promulgatio necessaria est ad hoc, ut lex habeat suam virtutem: Alias, cum voluntas non possit ferri in incognitum, sequeretur, homines obligari ad impossibile, si tenerentur servare legem, antequam illis per promulgationem innotesceret.

XXIII. Dixi, ad hoc ut lex in actu secundo obliget, necessarium esse aequalitatem ejus promulgationem: quia pro omnibus legibus non requiritur aequalis promulgatio. Nam lex aeterna, ut dicitur, promulgatur per quamdam impressionem luminis in intellectu. Lex naturalis, per hoc, quod eam Deus mentibus hominum infertur cognoscendam, ut ait D. Th. hic ad 1. Lex divina positiva non eget promulgatione tam solemnitate, quam humana: aliquando enim promulgatur sola interna revelatione, ut multis Prophetarum contigit: aliquando sola externa propositione facta a Deo sine aliqua solemnitate, quomodo Christus promulgavit legem suam Apostolis: aliquando per aliqua signa externa cum solemnitate quadam, quomodo promulgata fuit lex Moysaica Sina, & lex Evangelica in die Pentecostes. Lex tamen humana, ut in actu secundo obliget, debet semper promulgari per signa externa, & cum aliqua solemnitate; & sic obtinuit usus tam in Republica seculari, quam Ecclesiastica.

Et ratio est. Nam Deus cum sit supremus Princeps, & Dominus, potest modo, quo voluerit, legem suam infundere; & quocumque modo eis innotescat, tenentur homines obedire, & privatam, debet tali modo legem proponere; ut ex modo proponendi significet, se loqui, ut Principem, & personam publicam nomine Republicae; non ut personam particularem. De modo autem, quo haec solemnitas promulgatio fieri debeat, dicitur, cum de lege humana fermo erit.

XIX. Oppone. Ad revocationem legis non requiritur promulgatio; ergo neque ad ejus constitutionem. Respondetur, vel negando ant. Dum enim lex non revocatur per solemnem revocationem, moraliter dicitur perseverare in sua primava promulgatione, & consequenter in actu secundo obligat: sicut valor monetae, dum solemniter non revocatur, moraliter censetur manere. Vel dato antecedente negari potest consequ. Plura enim requiruntur ad constituentium, quam ad destruentium: nam lex cessare potest ab obligatione, five per contrariam consuetudinem, five per actum Republicae consentium; constitui tamen non potest, ut obliget, nisi solemniter promulgatione; cum nemo obligetur ad id, quod ignorat.

XX. Adverte tamen cum D. Th. hic ad 2. non oportere promulgationem legis omnibus immediate fieri; nam illi, eorum quibus lex non promulgatur, obligantur ad legem observandam; in quantum ad eorum naturam, obediunt per alios, vel aeternae potest promulgatione facta. Eadem ratio est promulgationis extenditur per firmitatem scripturae, quae quodammodo semper eam promulgat: Unde Isidorus dicit in l. Etymologiarum (c. 3. & l. 2. c. 10.). Quod lex a legendo vocata est, quia scripta est. Ita S. Th. hic ad 3.

XVI. Dico secundo. Probabiliter censeo, promulgationem non esse de essentia legis, sed conditionem essentialiter requiritam; ut lex in actu secundo obliget subditos. Dico esse conditionem essentialiter requiritam; ut distingui a conditione requiritam solum connaturaliter, qualis est applicatio ignis ad comburendum, quae a Deo est supplicabilis; sed volo, esse conditionem essentialiter, & insupplicabilem, qualis est propositio objecti per intellectum, ut objectum moveat voluntatem ad sui amorem. Quemadmodum ergo ut objectum in actu secundo moveat voluntatem ad sui amorem, requiritur quidem indispensabiliter, ut ab intellectu voluntati proponatur, cum nihil sit volitum, quin sit praecognitum; ratio tamen, seu vis movendi voluntatem, non est propositio, sed bonitas in objecto respecta: ita ad hoc, ut lex in actu secundo obliget ad sui observantiam, requiritur quidem indispensabiliter, ut subditis promulgatione proponatur: ratio tamen, seu vis obligandi, non est ipsa promulgatio, seu propositio, seu auctoritas, quam in se habet, prout emanat a Principe ut personam republicae gerente.

XXII. Hanc opinionem iudico veriorum. Primo. Quia conformior videtur menti S. Thomae, qui hoc art. 4. legem comparat regulae, ac mensurae, dicens, quod situr mensura in actu mensuratae, debet applicari mensurabili; ita lex, ut actu obliget, debet promulgatione imponi subditis; sed mensura esto in actu secundo non mensure, sed mensurare possit, nisi applicetur mensurabili, puta panis: ratio tamen mensurandi, non est ipsa applicatio, sed vis intellectiva, seu longitudo, vel latitudo ipsius mensurae; ergo esto lex in actu secundo

obligare nequeat, nisi promulgatione subditis imponatur, vis tamen obligandi non est ipsa promulgatio. Et ratio mihi videtur esse: nam virtus obligandi est in lege, non quatenus respicit subditos, sed quatenus est a Legislatore, a quo auctoritatem habet: sed promulgatio unice respicit subditos, ergo &c.

Itaque lex antequam promulgetur, prout est in pectore Legislatoris, & ab eo jam constituta, habet totam vim obligandi in actu primo, & proinde totam essentiam legis, antequam promulgetur, ut tamen in actu secundo obliget; requirit promulgationem, tantquam conditionem: sicut mensura, antequam applicetur mensurabili, habet vim mensurandi in actu primo, esto in actu secundo non mensure, nisi mensurabili applicetur.

XXIII. Nec dicas, S. Thomam hoc a. 4. hac habere: Ad hoc, ut lex virtutem obligandi obtineat, quod est proprium legis, oportet, quod applicetur hominibus, qui secundum eam regulari debent; ergo ante applicationem non habet virtutem obligandi. Deinde: in definitione legis ponit, quod sit ab eo, qui curam Communitatis habet, promulgata; sentit ergo, promulgationem esse de essentia legis.

XXIV. Nam respondetur, S. Doctorem solum vellem, quod, ut lex virtutem habeat obligandi in actu secundo, oportet, quod non concedimus; non vero ad hoc, ut habeat obligandi virtutem in actu primo; contrarium enim apparet in exemplo mensurae ab ipso ibi allato. Quod vero in definitione legis apponit, quod sit promulgata, non arguit, cum vellem, quod promulgatio sit de essentia legis; sed solum, quod sit conditio indispensabilis, ut lex in actu secundo obliget. Sicut in definitione fidei ponitur obscuritas, & in definitione objecti voluntati propositi intellectus; cum tamen neutra sit de essentia, sed solum conditio, inessentia tamen.

D I V I S I O IV.

De Diversitate, Effectibus, & Actibus Legis.

S. I.

Divisiones Legis.

Explicata essentia, & conditionibus ad naturam legis in suis speciebus dividimus; ordo rectus posuit, ut legem in duas species dividimus: & hoc cum D. Th. hac l. 2. q. 91.

I. Primo ergo dividitur lex in aeternam, & temporalem: omnis enim lex vel in Deo est, vel extra Deum: si in Deo est, aeterna esse debet; quidquid enim in Deo est, & proinde aeternum. Si vero sit extra Deum, erit in creatura; & quidquid enim extra Deum est, creatum est, & consequenter temporale: cum fides doceat, nihil creatum esse aeternum.

II. Lex aeterna describitur a D. Th. hac q. 91. a. 1. quod sit: Ratio gubernationis rerum in Deo, sicut in Principe universitatis, existens. Vel ut ait infra q. 91. a. 1. Lex aeterna nihil aliud est, quam ratio divina sapientiae, secundum quod est directiva omnium aliorum, & motorum. Divina enim sapientia, in quantum per eam cuncta sunt creata, rationem habet actus, vel exemplaris, vel ideae: sed ratio divina sapientiae movens omnia ad debitum finem obicitur rationem legis (inquit S. Doct. ibidem) sed de hac agemus Qu. sequenti.

III. Lex temporalis est, quae vel a Deo, vel ab homine condita est in tempore; etque velut participatio legis aeternae in homines derivata: unde lex participata dicitur.

Lex temporalis dividitur in naturalem, & positivam. Naturalis, ait D. Thom. hac q. 91. a. 2. est participatio legis aeternae in creatura rationali, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum, & finem: Unde cum Philosophus (Ethic. 4.) Sacerdotem sacrificium iustitiae, quae quibusdam quatuoribus, quae sunt iustitiae opera, subiungit: Multi dicunt, qui ostendit nobis bona? Cui quilibet respondet, dicens: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: quasi lumen rationis naturalis, quod discernimus, quid sit bonum, & quid malum, quod per nos ad naturalem legem, nihil aliud est, quam impressio divinae luminis in nobis. Unde patet: quod lex naturalis nihil aliud est, quam participatio legis aeternae in creatura rationali. Hae S. Thom. Quare describitur potest: ratio, seu lumen ordinans de licitis, & illicitis de agendis, & non agendis in creatura rationali ab auctore naturae impressam, & dictamine naturalis virtutis vel promulgatore cuique inimitum.

Quibus indicatur, legem naturalem in solis creaturis rationalibus esse impressam: Nam, ut ait D. Th. loco citato ad 3. Estiam animalia irrationalia participant legem aeternam suo modo, sicut & rationalis creatura. Sed quia rationalis creatura participat eam intellectualiter, & rationaliter, ideo participatio legis aeternae in creatura rationali proprie lex vocatur; nam lex est aliquid rationis, ut supra dictum est. In creatura autem irrationali non participat rationaliter: unde non potest dici lex, nisi per similitudinem. Sed de lege naturali dicitur infra.

IV. Lex positiva est, quae ab aliquo potestatem legislativam habente posita est (ideoque positiva dicitur) & non indita simul cum natura.

Rursus lex positiva dividitur in divinam, & humanam. Lex divina positiva est, quam Deus in tempore hominibus notificavit, posuit, ac praescripsit; idque, vel per ministerium Angelorum, aut hominum. Haec autem est duplex. Prima est lex veritatis Testamenti, quam Deus per ministerium Angelorum Moysi, & per Moysen populo Israelitico posuit, ac praescripsit. Altera est lex novi Testamenti, quam Christus

Domini-

Domini praescripsit, & partim per seipsum, partim per Apostolos promulgavit.

V. Lex positiva humana est, quae ab homine habente Legislativam potestatem posita est. Cum autem haec potestas sit duplex, Ecclesiastica, & civilis, seu secularis; hinc lex humana, alia est Ecclesiastica, quae fertur potestate Ecclesiastica, vel Summorum Pontificum, vel Conciliorum; alia civilis, quae fertur potestate seculari, ut Regum, & Imperatorum, Prima Jus Canonicum, altera Jus Civile appellatur. In quas autem partes utrumque Jus dividitur, Deo annuente, exponemus in Tract. de Jure, & iustitia.

VI. Petes tamen: Cur praeter legem naturalem, quae est a Deo indita, & humanam, ab homine positam, detur lex divina positiva?

Respondet D. Th. hac q. 91. art. 4. hoc fuisse necessarium propter quatuor rationes. Prima est altitudo ultimi finis, ad quem homo dirigendus est: Et si quidem (inquit Sanctus Doct.) homo ordinaretur ad finem, qui non excederet proportionem naturalem facultatis hominis, non oporteret, quod haberet aliquid directivum ex parte rationis supra legem naturalem, & legem humanam positam, quae ab ea derivatur. Sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis aeternae, quae excedit proportionem naturalem facultatis humanae, ut supra habuit est; ideo necessarium fuit, ut supra legem naturalem, & humanam, dirigeretur etiam ad suum finem lege divinitus data.

VII. Secunda ratio est: Quia propter incertitudinem humani iudicii, praecipue de rebus contingendis, & particulatibus contingit, de actibus humanis diversorum leges diversae iudicia: ex quibus etiam dicitur, & contra leges procedunt. Ut ergo homo oblique omni dubitatione sine possit, quid ei sit agendum, & quid vitandum, necessarium fuit, ut in actibus propriis dirigeretur per legem divinitus datam, de qua constat, quod non potest errare. Quibus docetur, quod, cum in materiis moralibus adsint diversae contrariae opinioniones; non ad hominum iudicia, & placita, sed ad divinam legem recurrendum est, eoque sincere consulenda.

VIII. Tertia ratio est: Quia de his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare. Iudicium autem hominis esse non potest de interioribus actibus, qui latent, sed solum de exterioribus motibus, qui apparent: & tamen ad perfectionem virtutis requiritur, quod in utriusque actibus homo rectus existat. Et ideo lex humana non potest cohibere, & ordinare sufficienter interioris actus, sed necessarium fuit, quod ad hoc superveniret lex divina.

IX. Quarta ratio sumpta est August. l. 1. de Libero, arb. cap. 5. & 6. talis est: Lex humana non potest omnia, quae male sunt, punire, vel prohibere; quia dum aufertur vellet omnia mala, quaeque etiam multa bona auferuntur, & impediretur utilitas boni communis, quod est necessarium ad conservationem humanam. Ut ergo nullum malum impediatur, & impunitum remaneat, necessarium fuit supervenire legem divinam, per quam omnia peccata prohibentur.

X. Haec quatuor causas offendit S. D. contineri in eo versulo Psalmi 118. Dixi Domini immunitatis, convertentes animas, & infirmos Domini fideles, sapientiam praesens parentis. Quia namque est immunitas, nihil turpe relinquat, vel improprietate, vel impunitum. Quia convertit animas, non solum exteriores actus, sed etiam interiores dirigat. Quia sapientiam praesens parentis, ordinat hominem ad supernaturalem finem, & divinum. Et propterea lex divina necessaria est creaturae rationali, quae ordinatur ad finem altiore sine naturali; non vero creaturae irrationali, quae non ordinatur, nisi ad finem virtutis, & inclinationis ejus proportionatum, ut docet S. Thom. hoc art. 4. ad 3.

XI. Petes iterum: An praeter assignatas legum species detur alia lex, quae dicitur lex fomitis? Huic quaesito occasionem dat S. Paulus Rom. 7. vers. 23. dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae.

XII. Dico cum D. Thom. hac q. 91. art. 6. Lex fomitis in homine non habet rationem legis, sed magis est devotio a lege rationis. Sed in quantum per divinam iustitiam homo destituitur originali iustitia, & viget ratio; hinc impetus sensibilitatis, qui eum ducit, habet rationem legis, in quantum est passiva, & ex lege divina, consequens hominem destitutum propria dignitate. Ita expressis verbis S. Th. Prior pars constituit. Primo ex D. Paulo, qui legem fomitis vocat contrariam legi mentis, id est legi, quam Deus homini indidit in sui conditione; vivendi, nempe, secundum regulam rationis: lex autem contraria legi inditae a Deo non est vera lex, sed devotio a lege; ideoque homo non tenetur eam sequi, quod peritineret ad rationem legis sed potius contra eam ire. Secunda etiam pars constat. Quia rebellio fomitis contra rationem est homini permessa in poenam peccati; ergo dici potest aliquomodo lex, seu effectus legis poenalis. Ut enim ait D. Thom. citato art. 6. ad 1. fomes, secundum quod sequitur ex divine legis iustitia, rationem legis habet: Tamen quoniam si dicitur lex esse, quod aliquid nobilit, propter suam culpam, ad servilia opera induci permittitur.

S. II.

Effectus Legis.

XIII. Dico. Proprius legis effectus est, homines facere bonos. Ita D. Thom. 1. 2. q. 91. art. 1. Et probat primo ex Philosopho 1. Ethic. c. 14. dicens: Voluntas iustitiae Legislatoris haec est, ut faciat homines bonos, quod repetit 2. Ethic. c. 2. Secundo in Corp. art. probat dicitur:

Quod inducit aliquos ad propriam ipsorum virtutem, facit illos bonos; quia virtus est, quae bonum facit habentem: sed proprius effectus legis est, facere bonos eos, quibus datur; ergo &c. Min. prob. Virtus subdit est: ut bene subdatur ei, a quo gubernatur; sicut virtus irascibilis, & concupiscibilis est, quod sine bene obediens rationi: sed ad hoc ordinatur lex, ut obediatur ei a subditis, ergo &c.

XIV. Quia vero legem facere homines bonos contingere potest dupliciter: vel simpliciter, vel secundum quod: ideo non est mens D. Thomae, quod omnis lex faciat homines simpliciter, & absolute bonos, id est, in omni genere virtutum: hoc enim competit soli legi charitatis; quia charitas connexas habet omnes virtutes, & omne peccatum mortale excludit; & toti collectioni legum: nam si tota collectio legum servetur, homo fit simpliciter, & in omni materia virtutis obediens, & proinde etiam servat legem charitatis, quae in ea collectione comprehenditur: sed solum, quod de ratione legis sic facere bonum secundum aliquam veram rationem boni, & honestatis, etiam non secundum omnem virtutem, & honestatem. Unde lex temperantiae facit bonum in materia temperantiae; & lex de reddendo cuique, quod suum est, facit hominem bonum in materia iustitiae. Secundum quidem dicitur lex facere homines bonos, quando eos non facit bonos in virtute aliqua, sed in ordine ad finem intentum, etiam si sit per se malus: sicut leges latronum faciunt bonos secundum quid; quia faciunt bonos ad latrocinandum, seu bonos latrones. Sed haec non esset vera lex, si nec lex tyrannica. Nam, ut ait D. Thom. hac q. 91. art. 1. ad 4. Cum non sit secundum rationem, non est simpliciter lex, sed magis est quidam pervertit legis. Et tamen in quantum habet aliquid de ratione legis, intendit ad hoc, quod Civis fiat bonus. Non enim habet de ratione legis, nisi secundum hoc, quod est dicitur aliquid praesentis in subditis; & ad hoc tendit, ut subditi sint bene obediens: quod est non esse bonus, non simpliciter, sed in ordine ad tale regimen.

XV. Itaque omnis etiam lex civilis, si sit lex proprie dicta, debet ad hoc tendere, ut illi, quibus datur, fiant simpliciter boni viri; per unam quidem legem boni in materia unius virtutis; per aliam legem boni in materia alterius; per omnes vero leges boni in materia omnium. Sic enim exigit bonum commune, ad quod, ut diximus, lex ordinari debet; sic vera Republicae felicitas, quae sine bonis moribus nequit consistere: praecipue ad hoc Legislator debet intendere, ut subditi bene ordinentur in Deum: Omnis enim potestas a Deo est, Rom. 13. ergo debet Deum imitari, qui omnia ad seipsum dirigit, & ea uti in ordine ad Deum, faciendo, ut subditi sint boni viri, & Deo grati.

XVI. Quapropter turpiter errant Pseudopolitici aliqui, qui dicunt Principem, vel Magistratum civilem posse legem ferre cum detrimento Religionis, vel alterius virtutis moralis, pro mundi pace republicae. Tales enim leges vere leges non sunt, cum non vere ordinantur ad bonum commune: & sunt abusus potestatis a Deo acceptae, nempae, ad faciendos viros bonos. Quod ipse Philosophus naturali lumine ductus agnovit; dum L. 7. Politic. c. 14. ait: Hoc utique est legum posteriori iurandum, laborandumque, ut boni viri efficiantur, & per qua exercitia, & quae sunt optima vicia. Ac rursus: ad cuncta igitur haec aspicere debet, qui legem ponit, ad partes animae, & ad illarum actiones; magis autem ad ea, quae meliora sunt, & finis.

S. III.

Actus Legis.

XVII. Dico. Actus legis sunt quatuor: imperare, vetare, permittere, & punire. Ita S. Th. hac q. 91. art. 2. cuius ratio est. Quia legis officium est dirigere actus humanos: horum autem quidam sunt: ex genere suo boni, ut actus virtutum; & respectu horum actus legis est imperare; alii ex genere suo mali; & respectu horum actus legis est vetare, seu prohibere: quidam vero sunt ex suo genere indifferentes; & respectu horum actus legis est permittere. Quia vero id, per quod inducit lex ad hoc, quod sibi obediatur, est timor poenae; & quantum ad hoc ponitur legis actus punire. Notae tamen, haec quatuor dici legis actus, non quia lex proprie eos eliciat, aut faciat: sed partim quia a Principe, secundum quod habet potestatem legislativam, procedunt; partim quia sunt officia ad legem pertinentia, & in lege contenta. Lex enim continet quatuordecim actionum imperium, aliorum prohibitionem, & aliarum permissionem; & ordinat, puniendos esse eos, qui eam fuerint transgressi: qui proinde obligantur eam subire, si eis inferatur.

XVIII. Ponitur autem inter actus legis punire, non vero premiare. Quia punire importat vim coercitivam, quam non importat premiare. Eadem etiam ratione actus legis non est consulere. Ut enim ait D. Thom. hic ad 2. Consulere non est proprius actus legis, sed potest perire etiam ad personam privatum, cuius non est condere legem. Et ad 3. Etiam (inquit) premiare potest ad quemlibet pertinere: sed punire non pertinet, nisi ad ministrum legis, cuius auctoritate poena inferitur.

XIX. Ex his intelligi potest, omnem legem includere semper aliquam vim obligativam, seu praecipivam, etiam dum permittit. Etenim si permittat rem indifferentem, decernendo, debere cuique liberum esse illam facere; & obligat alios, ne eum, qui rem hanc facere voluerit, impediatur: & similiter si expresse permittat actum ex se bonum, dicendo: puta, ut vir fortis petat premium; et si non obliget ipsum, ut premium petat; obligat tamen, ne impediatur, casu, quo peti-

rit:

rit: Si vero permitat aliquid malum, in quo vel Legislator humanus non potest dispensare, vel si potest, non dispensat; obligat iudicem, ut propter illud puniat eum, qui tale malum fecerit. Licet enim similes actus in ordine ad finem legis naturalis, qui est ordo rationis, pessimi sint; & ideo ab ea non permittantur, sed prohibeantur: tamen in ordine ad finem legis civilis, qui est bonum temporale Reipublice, indifferentes sunt, id est minus mali. Nam, ut ait D. Th. hic: Possunt etiam indifferentes dici omnes illi actus, qui sunt, vel parum boni, vel parum mali. Parum boni, ut in quibus inest minor bonitas, quam eorum oppositis; eujusmodi sunt tertiz, & quartz nuptiz, que permittuntur, Roman. 7. 1. Cor. 7. & Can. 7. Concilii Niceni. Parum mali, ex quibus tamen est malis, non magna oritur injuria, vel absurditas, comparatione eorum, ad que vitanda permittuntur: sicut est simplex fornicatio, dum ad evitanda adulteria, vel majores adhuc turpitudines per humanas leges permittitur, id est, non punitur.

XX. Advertendum tamen censeo: predictos quatuor legis actus non convenire omni legi, si fiat distributio pro singulis generum; ita ut quilibet singularis lex omnes hos quatuor actus exerceat. Clarum enim est, non omnem legem in singulari imperare, permittere, prohibere, & punire, seu punitionem infligendam decernere; quamvis omnis lex aliquid istorum fiat. Sed eque certum est, quod si fiat distributio pro generibus singulorum, cuiusvis generis legi omnia ista conveniant. Nam in genere legis naturalis datur lex, que precipiat, aliqua, que prohibet, aliqua, que permittit, aliqua que poenas decernat. Idem in genere legis positivae, sive divinze, sive humane, sive ecclesiasticz, sive civilis, ut consideranti patebit.

XXI. Solum difficultas esse potest de lege naturali, quomodo dici possit aliqua permittere; cum enim sit participatio legis eterne, nec peccata venialia, que mala sunt minima, permittere potest. Sed tollitur hzc difficultas, observando, non esse de ratione cujuslibet legis determinate permittere actus malos moraliter; sed vel actus, qui licet sint boni, sunt tamen minus boni; vel esto sint mali, sunt parum mali comparate ad majus bonum, vel majus malum. Quare D. Thomas hic tales actus vocat indifferentes, dicens: Possunt etiam indifferentes dici omnes illi actus, qui sunt, vel parum boni, vel parum mali. Eto autem lex naturalis non permittat actus, vel leviter malos moraliter; permittit tamen actus, vel minus malos physice, ob majus bonum physicum, sicut scissorem pedis, vel manus, ob tuendam vitam totius: vel minus bonum, sicut permittit fieri rerum divisionem, dominia acquirere, & servitutem in genus humanum inducere.

QUESTIO II.

De Lege Eterna.

Explicita natura, & divisionibus legis in communi, ad singulas ejus species descendendum est: inter quas merito principium locum tenet lex eterna. De hac ergo cum D. Thom. hac quasi 93. an sit, quid sit, an omnes alie leges ab ea deriventur, & an omnia ab ea dirigantur, eique subjiciantur, sermo erit.

DUBIUM I.

An sit, & quid sit Lex Eterna?

S. I.

Aliqua Prænotantur.

I. Notio primo: rationem divinam practicam, in qua maxime lex divina statuitur, sub alia ratione dici legem eternam, sub alia supremam artem, & sub alia ideam. Quatenus enim omnia per ipsam sunt creata, habet rationem artus; quatenus est forma, & similitudo rerum agendarum, habet rationem ideæ, & exemplaris; quatenus autem est ratio gubernationis omnium rerum in supremo Governatore existens, movens, & dirigens omnia ad debitum finem, obtinet rationem legis eterne.

II. Notio secundo: quod esto divina eterna lex conveniat cum divina providentia in hoc, quod utraque sit ratio ordinis quaslibet res in suos debitos fines; tamen eterna lex videtur distingui a providentia divina in multis. Primo quidem; quod lex eterna respicit per se primo bonum commune Universi; providentia bonum particulare cujuscumque creature. Secundo: lex eterna dicit in sua ratione vim obligandi; providentia nullam obligationem infert. Tertio: providentia comparatur ad legem eternam, sicut conclusio particularis ad principium universale, & sicut consequens ad antecedens. Unde S. Th. Q. 5. de Verit. art. 1. ad 6. Providentia (inquit) in Deo proprie non nominat legem eternam, sed aliquid ad legem eternam consequens. Lex enim eterna est consideranda in Deo; sicut accipiuntur in nobis principia operabilium naturaliter nota, ex quibus procedimus in constituendo. Et eligendo, quod est prudentia, sive providentia. Unde hoc modo se habet lex intellectus nostri ad prudentiam, sicut principium in demonstratione: Et similiter etiam in Deo. Lex eterna non est prudentia, sed providentia quasi principium. Ita S. Th. Quemadmodum ergo lex positivae divina tradit regulas in generali, puta, colendum esse Deum, parentes honorandos &c. juxta quas regulas prudentia colligit, quid hic, & nunc sit operandum: ita lex eterna in Deo tradit generales regulas gubernationis Universi v. g. la-

pidem deorsum, ignem furtum moveri, bonum esse sectandum, malum vitandum: juxta quas regulas providentia in motibus creaturarum in particulari disponit. Et ideo providentia legem eternam habet pro principio.

III. Notio tertio: legem eternam distingui a temporali. Primo: quod lex eterna non est lex lata, sed ferens, non impressa, sed imprimens; non participatio legis alius, sed origo, & fons omnium aliarum, que ab ea derivantur, ut dicemus. Secundo: lex eterna est incommutabilis, ceteræ vero leges variabiles sunt. Quare S. August. lib. de vera Relig. c. 17. probat, unum esse Deum veteris, & novi Testamenti, unamque in eo eternam legem, & providentiam exemplo medicinz: Ut enim (inquit) ars medicinz cum eadem maneat, neque ullo pacto ista mutetur, mutat tamen præcepta languentibus, quia mutabilis est nostra valetudo: ita divina providentia, cum sit ista omnino incommutabilis, mutabili tamen creatura variat subiectis: Et pro diversitate morborum aliis alia jubet, aut curat: ut a vitio, unde mors incipit, Et ab ista morte ad naturam suam, Et essentiam, ea que deficient, id est, ad nihilum reducat, reducat, Et firmat. Et lib. 1. de Lib. arb. c. 6. Idem S. Augustinus quærit: Cum ergo sit una lex, ex qua illi omnes temporales ad homines respondet variatur, nam ille ista vult, ut ille modo potest? Respondit Evodius: Intellego immo non posse. Tertio denique distinguitur lex eterna a temporali, quod huic subjiciuntur tantum homines mortales, & adhue imperii; illi vero etiam beati, & Deo fruentes. Ita respondit Evodius Augustino citato l. 1. de Lib. Arb. c. 15. dicens: Deus res illos ad amorem ipsorum æternorum sub æterna lege agere cœpit; miseris vero temporales imponitur. His igitur prænotatis.

S. II.

Resolutio Prior.

IV. Dico primo. Admittenda est in Deo eterna Dei lex, qua scilicet Deus ordinat ab æterno, que a rationali creatura faciendâ sunt, quæve cavenda. Ita S. Th. hac 1. 2. q. 91. art. 1. & cum eo Theologi omnes. Probat S. Doctor sic: Lex nihil aliud est, quam dictamen prædictæ rationis in Principe, qui gubernat aliquam Communitatem perfectam: sed Deus est summus Princeps gubernans, & regens totam universitatem rerum; ergo in Deo debet esse ratio rerum gubernandarum, & consequenter lex. Sed divina ratio nihil concipit in tempore, sed habet æternam conceptionem; ut dicitur Prover. 8. ergo hujusmodi lex in Deo existens eterna est.

V. Confirmatur. In Deo datur providentia; ergo etiam datur lex. Conf. prob. Providentia ex supra dictis cum D. Th. comparatur ad legem sicut conclusio particularis ad generale principium; quia ex generalibus regulis, quas tradit lex, providentia deducit quid in casibus particularibus faciendum sit, sed in eo, in quo ponitur conclusio, debet poni principium; ex quo conclusio inferitur: qui enim caret primis principis, sive speculabilibus, sive practiis, caret etiam conclusionibus, sive notitia earum; ergo si in Deo est providentia, est etiam lex.

VI. Secundo probatur discursu S. Augustini l. 2. de Libro arb. cap. 6. Plurimæ sunt leges temporales invicem contrarie, quarum una concedit, quod alia negat, & omnes justæ sunt; ergo hoc ideo est, quia esto invicem discordent, conveniunt tamen in una ratione, seu lege superiori, ex cuius conformitate justæ sunt. Afferamus S. Doctoris verba: Cum ergo dua istæ leges in se sibi videantur esse contrariæ; ut una earum honorum dandorum populo tribuatur potestatem, auferat altera. . . num dicemus, aliquam earum injustam esse, Et ferri minime debuisse? Respondet Evodius: Nullo modo. At unde hoc: nisi quia ambæ in una superiori lege, que iusta sit conveniunt?

VII. Legem eternam agnovisse, visus est Tullius lib. 2. de Legibus, ubi hæc habet: Hanc video sapientissimum fuisse sententiam: legem neque hominum ingenium excogitant, neque scientiam aliquam esse populorum; sed æternam quiddam, quod universum Mundum regeret, imperandi, prohibendique sapientia. Ita principem legem istam, & ultimam mentem dicebant esse omnium rationis, aut cogitantis, aut voluntatis Dei, ex qua illa lex, quam Dei humano generi dederunt, est esse laudata. His Tullius suam, & veterum Gentilium Philosophorum promittentiam: in hoc tamen errans, quod, Stoica sequens placita, putat, Deum præcipere, idem esse, ac cogere.

S. III.

Resolutio posterior Pars.

VIII. Dico secundo. Lex eterna bene definitur a D. Th. q. 93. art. 1. quod sit: Ratio divina sapientia, & secundum quod est directiva omnium actuum, & motionum creaturarum in ordine ad bonum commune totius Universi. Ubi ly directiva significat directionem cum quadam necessitate, vel obligatione. Lex enim, ut supra docuerat q. 90. art. 1. a libero arb. cap. 6. Lex eterna (inquit) est summa ratio, cui semper obtemperandum est. Cui conformiter idem S. August. lib. 12. contra Faust. c. 17. ait: Lex eterna est ratio divina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conferendi jubens, perturbandi vetans. Ex quibus constat, legem eternam importare verum præceptum relate ad eos, qui legis, vel præcepti sunt capaces, ut sunt creature rationales; quamvis relate ad creaturas irracionales, præcepti, & legis incapaces, non importet præceptum, sed necessitatem quandam, juxta uniuersumque earum

ram naturam. Constat etiam differentia legis eterne a divina arte, ideæ, & providentia; ut superior dictum est.

IX. Possit etiam probari bonitas prædictæ definitionis hoc discursu. Lex eterna, formalissime loquendo, consistit in hoc, quod sit summa reguli, & mensura existens in Deo, qua omnia Deo subiecta, eorumque actus mensurentur, diriganturque ad bonum commune; hoc autem præfata definitione optime exprimitur, ut ostensum est; ergo &c.

S. IV.

An Lex Eterna sit vera & proprie Lex?

X. Hinc quæritur occasione dant aliqui, inter quos Vasquez, alique Recentiores, volentes, legem eternam non esse vere & proprie legem, sed formam metaphysicæ, & analogicæ. Dico tamen tertio. Lex eterna est vere & proprie lex. Hanc esse mentem, nempe S. Thom. sed & S. Augustini citatis locis maxime ex l. 1. de Lib. arb. constat. Quia lex eterna est illa, ex cuius participatione omnes alie dicuntur leges: unde est omnium aliarum legum mensura, regula, & exemplar; ergo lex eterna non est lex per denominationem, & analogiam ad leges temporales; sed leges temporales sunt leges per denominationem a lege æterna, ut a regula, & mensura earum; ergo si leges temporales sunt vere leges, multo magis lex eterna.

XI. Præterea lex eterna habet quiddam ad rationem vere legis necessarium est: est enim ratio in summo Principe existens, ordinans actus, & motiones totius universitatis rerum ad bonum commune: hanc autem esse vere legis notionem jam dictum est.

XII. Sed dices primo. Legi eterne deesse promulgationem, cum ab æterno creatura non fuerit, quibus promulgaretur; de ratione autem vere legis est promulgatio.

XIII. Respondeo primo ex dictis, promulgationem non esse essentiam legis, sed conditionem, ut in actu secundo obliget: unde ex quo ab æterno non fuerit creatura, quibus promulgaretur; solam sequitur quod lex eterna ab æterno in actu secundo neminem obligaret, non ex defectu virtutis, sed ex defectu termini: sicut ab æterno in Deo fuit imperium, quamvis pro æterno nemini imperaret extra se. Sicur ergo ab æterno fuit imperium, non pro æterno, sed pro tempore implendum: ita ab æterno, fuit lex in mente Dei concepta, quamvis pro æterno non promulgata, nec implenda, nec in actu secundo obligans. Quare lex considerari potest, vel quatenus derivatur a legendo, seu eligendo: & hoc modo ab æterno est; quia hoc modo in mente Dei statuta, & electa legebatur, & quasi manifestabatur. Alio modo, ut derivatur a ligando: & hoc modo lex considerari potest, vel ex parte Dei ligantis, & obligantis; quibus æterna est: nam ab æterno habuit vim obligandi. Vel ex parte creature per legem ligatæ, vel obligatæ; & hoc modo cum ab æterno non fuerit creatura; quam obligaret, & cui applicaretur, ab æterno actu non obligavit: fuit tamen ab æterno lex; quia ad rationem legis facta est, ut vim habebat obligandi, quamvis nondum liget, quia nondum applicata, & promulgata.

XIV. Respondet secundo cum D. Thom. q. 91. art. 1. ad 2. negando ant. Nam promulgatio fit, & verbo, & scripto: Et utriusque modo lex eterna habet promulgationem ex parte Dei promulgantis: quia, in Verbum Divinum est æternum, & scriptura libri vita est eterna: Sed ex parte creature audientis, aut infipientis, non potest esse promulgatio æterna.

XV. Nec sequitur, quod solus Pater æternus legem eternam nulerit, & promulgaverit, cum ipse solus Verbum æternum dixerit. Nam sicut licet omnia per Verbum facta sint, & solus Pater Verbum produxerit; non ideo dicuntur omnia facta a Patre, ut Persona ab aliis distincta, quia non omnia facta sunt per Verbum secundum sui propriam, & personalem, sed secundum essentiam, & communiam: ita licet lex eterna fuerit promulgata a Patre per Verbum, & solus Pater sit principium Verbi, sed tamen non fuit secunda Persona, sed communia, nempe ut Legislator. Si tamen per appropriationem loquamur, lex eterna non solum a Patre dici potest lata, & promulgata, sed etiam a Filio, & Spiritu Sancto; cum ad legem tria concurrant: auctoritas, veritas, & bonitas. Ratione auctoritatis potest appropriari Patri; ratione veritatis, quia lex non fertur nisi recta ratione, potest appropriari Verbo, quia sapientia, & veritas est: ratione vero bonitatis, quia lex non est nisi ad bonum, appropriari potest Spiritui Sancto, qui bonitas est.

XVI. Super hoc audiendus est D. Thomas hac q. 83. art. 1. ad 2. dicens: Circa verbum quodcumque duo possunt considerari, scilicet, ipsum verbum, & ea, qua verbo exprimitur. Verbum enim vocale est quiddam ab ore hominis prolatum; sed hoc verbo exprimitur, que verbi humani significatur. Et eadem ratio est de verbo hominis mentali, quod nihil est aliud, quam quiddam mente conceptum, que homo exprimit mentaliter ea, de quibus cogitat. Sic igitur in divinis ipsum Verbum, quod est conceptio patris intellectus, personaliter dicitur: sed omniaguaque sunt in scientia Patris, sive essentialia, sive personalia, sive istam Dei opera, exprimitur hoc Verbo, ut patet per August. 15. de Trinit. c. 14. Et inter cetera, que hoc verbo exprimitur, etiam ista lex eterna Verbo isto exprimitur. Nec tamen propter hoc sequitur, quod lex eterna personaliter in divinis dicatur; appropriatur tamen Filio propter convenientiam, quam habet ratio ad verbum.

XVII. Dices secundo, Lex eterna nihil aliud est, quam idea rerum in mente divina existentis: sed idea non habet

proprie rationem legis; ergo &c. Maj. prob. ut docet D. Th. hac q. 93. art. 1. lex eterna est ratio gubernationis rerum in Deo: sed ratio gubernationis rerum in Deo est idea; ut docet idem S. Doct. 2. part. qu. 15. ergo &c.

XVIII. Respondeo, neg. maj. Jam enim superius ex D. Th. ostendimus, quantum differant lex eterna, & idea in Deo. Quibus addo ea, que habet S. D. hac q. 93. art. 1. ad 2. ut ostendat, quod est, ut docet August. l. 83. Quæstion. q. 46. rationes rerum in Deo sint plures: singula enim fecit Deus propriis rationibus: una tamen sit lex æterna; respondet: Quod Augustinus loquitur ibi de rationibus idealibus, que respiciunt proprias naturas singularium rerum: Et ideo in eis invenitur quidem distinctio, & pluralitas secundum diversos respectus ad res; ut in 1. p. qu. 17. art. 2. & 3. habetur est. Sed lex dicitur directiva actuum in ordine ad bonum commune; ut supra dictum est (qu. 90. art. 2.) Ea autem, que sunt in seipsis diversa, considerantur ut unum, secundum quod ordinantur ad aliquid commune. Et ideo lex eterna est una, & qua est ratio bonis ordinis. Quibus patet, diversitatem eterne legis ab ideis divinis consistere etiam in hoc, quod illæ cum dicantur per respectum ad species, & singulas naturas rerum, que imitationes Dei sunt, aliquomodo saltem ratione distinguantur, & pluralifcantur: lex autem eterna non sic dicitur per respectum ad res particulares, ut inveniret propriis rationibus distinctas, sed ut omnes respiciunt commune bonum; & ideo una est.

Neque verum est, quod D. Th. 1. p. q. 15. dicit, ideam esse rationem gubernationis rerum. Dicit quidem, quod idea sit ratio existens in Deo, at non rei ratio gubernandæ, sed rei faciendæ; sive ratio, ad cuius similitudinem res faciendæ est. Unde ratio ideæ in Deo præsupponit ad legem eternam: prius enim concipitur ratio faciendi rems, quam ratio eam iam factam gubernandi: sicut in re creata prius supponitur creatio, quam eujusdem gubernatio.

DUBIUM II.

An omnis Lex derivetur a lege Eterna.

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Dico. Omnes leges justæ, & proprie dictæ a lege æterna derivantur. Ita committitur ex D. Th. hac q. 93. art. 3. Probatur primo ex Scriptura. Proverb. 8. v. 15. & 16. Per me Reges regnant, & legum conditores iustitiam decernunt. Per me Principes imperant, & Parentes decernunt iustitiam. Quare Christus Jo. 19. v. 11. Pilato: Non habes potestatem? Quare Christus adversum me nullam, nisi tibi datum esset dæser. Et Paulus Rom. 13. v. 1. ait: Non est potestas nisi a Deo. . . Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

II. Hoc idem sentit S. August. Tum l. 1. de Lib. arb. c. 6. ubi Evodius alloquens: Simul (inquit) etiam se videtur adhibere in illa temporali (lege) nihil esse justum, argue legitimum, quod non ex hac æterna sibi homines derivantur. Tum l. 2. de vera Religione c. 31. ubi ait: Conditor tamem legum temporalium, si vir bonus est, & sapiens, istam ipsam consilii æternam, de qua nulli anima justificare daturum est: ut secundum eas incommutabiles regulas, quod sit pro tempore jubendum, vitandumque dispotuerit. Et 276. in Evodium quærens: quomodo Moyses dicere populum, & ostendit ei præcepta Dei, & leges ejus; cum eere: Nisi quia lex Dei conscripta esset, hoc non potuisset dixi. Sed adhuc nulla conscripta esset, quam consuleret omnes pie mentes; ut quod in eis innotuisset, vel facerent, vel jubent, vel vitent; secundum quod illa incommutabili veritate præcepta vit. Ex quibus verbis non est colligendum, quod omnes, vel bene agentes, vel legem aliquam ferentes consultant legem æternam in seipsam, seu prout in Deo est; hoc enim docet D. Thom. hac q. 93. art. 2. homini esse impossibile in hac vita; sed in aliqua ejus irradiatione, vel participatione: Omnis enim (inquit S. Thom.) cognitio variat est quiddam irradiatio, & participatio legis eterne, qua est veritas incommutabilis, ut Aug. dicit in l. de vera Relig. c. 31. Veritatem autem omnes aliquantulum cognoscunt, ad minus quantum ad principia communia legis naturalis: in aliis vero quiddam plus, & quiddam minus participans de cognitione veritatis; & secundum hoc etiam plus, vel minus cognoscunt legem æternam. Hæc D. Th. laudato hæc.

III. Hanc veritatem probat S. Th. hoc art. 3. hoc diffinitiva. In omnibus moventibus ordinatis virtus secundi moventis derivatur a virtute primi moventis: atqui lex æterna est primum movens in genere legum, cum sit ratio gubernationis in supremo Governante movens, & dirigens omnes actus, & dirigunt ac movent tamquam finem: omnes autem ceteræ leges dirigunt alie leges derivantur a lege secunda moventi; ergo omnes leges derivantur a lege æterna. Majorem probat. Quia Movens secundum sui motum, nisi in quantum movetur a primo. Unde in omnibus gubernantibus istum videmus, quod ratio eorum, que sunt agenda in civitate derivantur a Rege per præceptum in inferiores administratores; & in artificialibus etiam ratio artificialium actuum derivatur ab architecto ad inferiores artifices qui manu operantur.

IV. Probatur secundo. Lex æterna est lex per essentiam, omnes autem alie sunt leges per participationem; sed esse, quod est tale per participationem, derivatur ab eo, quod est tale per essentiam: sicut omnia entia per participationem derivantur a Deo qui est ens per essentiam; ergo omnes leges a lege æterna derivantur.